





Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.



3070

#i
ll.

M

1632, 5.

20

(11)

ΠΡΟΛΟΓΙΣΜΑΤΑ

DE OFFICIO
JUDICIS,

E JURE CIVILI, CANONICO, CAME-
rali & Saxonico decerpta, atque ita informata, ut
quandam quasi in judiciis progrediendi
serperastram exhibeant,

*Permissu singulari & autoritate Magnificá, Nobilissimi
Amplissimiq; ICorum Ordinis in Academia
Argentinenfi,*

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi Consultissimique Viri,

DN. JOHAN-OTTONIS
TABORIS BUDESINI LUSATI,
U. J. & Ph. D.

Publicæ disputationis
loco

Proposita

GEORGIO WOLFRAMO à NOSTIZ
Eq. Lusat.

d. 1691. Mens. Mal.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS REPPi, Anno 1632.





GENEROSIS, NO-
BILISSIMISQUE

VIRIS

DOMINO ADOLFO à Gersdorff in Radvitz &
Grödis/ superioris Lusatia Capitaneo provinciali &
supremi officii Praefecto Magnifico,

DOMINO HIODO à Salza in Ebersbach & Groß-
grausse/ Principatus Gorlicensis Praefecto Amplissimo,

DOMINO HENRICO à Maxen in Jeserz

DOMINO ELIÆ à Nostiz in Illersdorff &
Wiesä/ &c.

Dominis Patronis & respectivè Agnatis meis

summâ animi religione

Colendis

Hæc Vacuna detracta

spoliæ

Suspendo Consecroq;

Georgius Wolframus à Nostiz.



P R Æ F A T I O.



Onqueritur gravissimus J. C. N. Vigelius
im Richterbüchlein proposit. pag. 2. & ad fin.
method. J. Civilis p. 306. quod à plerisque, qui
hactenus de rebus ad iudicium & proces-
sum spectantibus scripserunt, Procurato-
res & Advocati tantum eruditi & instructi
fuerint; officium autem Judicis perperam & oscitanter præ-
termissum sit: Cum tamen ars iudicandi veluti principalis
iudicii pars maximè tradenda & explicanda fuisset. Etenim
quemadmodum iudicium totius legalis disciplinae, ex scito
nostrorum, est quidam veluti lapis angularis, quem præ cæ-
teris humanis actibus dexterrimè regi convenit, *Detb. Hor-
stius lib. 4. Jurisp. Trib. tit. 8.* Ita vicissim iudex est persona
ipsius iudicii præcipua, *l. 1. §. 5. vers. casum de postul.* quæ iudicio
præest, illud moderatur, de quæ litigatorum causis cogno-
scit atque pronunciat, *l. 74. de iudic. l. 5. de re iud.* unde Dd.
basis & fundamentum iudicii rectè nuncupatur. *vid. Gail. 1.
O. 42. n. 9.* Tametsi verò eam operæ partem ob hanc causam
& ipse Vigelius cum in dicto illo libello, tum in aliis tractatibus suis
latinis; & secundum illum Dominus M. Stephani occupa-
verit: Attamen cum ille potissimum de his duabus tantum
officii iudicis partibus, quæ in liti contestatione & proba-
tionibus considerandis vertuntur, agat: Iste autem demum
post *ἡχογραφία* huius opellæ ductam in manus nostras inci-
derit, juxtaque alius nobis scopus præfixus fuerit: non ma-
lè collocaturos nos otium nostrum putavimus, si ea, quæ à
Dd. sparsim tradita sunt, Claud. Cantiunculæ minimè satis-
facientia (*qui tamen ipse hac in parte lectori vix satisfecerit*)

convenienti quodam ordine digereremus: Non ut omnia illa persequi & excutere satagamus: (*id enim si intenderemus, opus esset facere unum longum tractatum, uti Maranta alicubi loquitur: vel ut Gajus in l. 1. de O. 1. verbosos commentarios Rittershus. in Nov. part. 9. c. 6. n. 114.*) nec ut ea, quæ vel ad constitutionem judiciorum pertinentia Politici etiam tractant, *conf. Arist. 6. Polit. ult. Keck. 1. polit. 17. p. 285. Besold. discurs. de Magistrat. & ab eo alleg.* aut quæ de judicum generibus, datione, competentia, suspectorum postulatione & aliis materiis (quæ peculiaribus addictæ sunt titulis, & veluti præcognitæ hîc supponendæ sunt) intempestivè huc simus translaturi: sed ut potissima capita (*juxta monitum Scaligeri, qui in 1. Arist. de plantis. pag. 182. à sapientia studioso nobiliora tantum occupanda, non omnia complectenda esse, judicat,*) de officio Judicis Ordinarii, exiis autoribus, qui nobis in peregrino degentibus solo, familiares sunt, in aphorismos redigamus: Quod ut auspiciò suscipiatur, feliciterque succedat, Deum Opt. Max. devotis obsecramus suspiriis.

PARS GENERALIS.

De Officio Judicis in genere.

§. I.



Nitid sequestratâ explicatione πολυσημασίας vocum judicis & officii seorsim positarum (*quam è lexicographu ambitiosè repetit Mynsing. ad pr. 1. de officio judic. M. Steph. lib. 2. de officio judic. c. 1. n. 4.*) videamus, quid voces istæ simul sumptæ hoc loco designent. Enimverò ut officium aliàs nihil aliud est, quàm quod quisque in commisso sibi munere facere debet: v. *Obrecht. lib. 1. de iurisdictione. c. 8. n. 48.* Ita quoque officium judicis simplicissimè & rectissimè definitur à Bart. quod sit jus faciendi ea, quæ judici ut judici incumbunt. *ad l. 1. n. 10. de iurisdictione. (Steph. citat l. 3. lib. 2. c. 1. n. 12.) quæ è def. & Wesembec. in contin. comment. Joh. Schneidevv. ad tit. de officio jud. probatur.* Aliter fanè ac specialitè sumitur officium judicis, quando
actioni

actioni veluti opponitur; & vel sine ea exercetur, vel ultra ejus potentiam quasi vagatur. *arg. l. 4. §. 1. ubi Gothofr. lit. m. de eo quod cert. loc. Longovall. ad l. Imperium. num. 65. de Jurisdic.*

§. 2.

Hujusmodi est, cum Judex ultra corpora & jura hereditaria, quæ hereditatis petitione continentur, etiam res, quarum periculum tantum ad heredem pertinet, ipsi restitui jubet. *l. 19. pr. vers. sed licet de hered. petit.* item usuras & expensas, quæ licet obligationi & actioni directò non insint, in consequentiam tamen veniunt ex morâ, *l. 49 §. 1. de act. empt. l. 54. pr. locat. l. 4. C. de usur. l. 38. fin l. 39. §. 1. de hered. petit. v. Wesenb. C. de judic. n. 132. & ad l. 8. n. 15. 16.* (& peti debent dum judicium principale adhuc durat; alioquin sententiâ à Judice dictâ, frustra petuntur, cum judex esse desierit. *l. 55. de re judic. vid. eund. ad l. 1. C. de judic. n. 9.*) pertinent eò etiam stipulationes, quæ à mero judicis officio proficiuntur, *v. l. 5. de V. O. C. A. de prator. stip. th. 2.* Sed aliquando idem officium, actionis potentiam, seu petitione coercet. *ut in §. 9. l. de legat. ubi vid. Myns. in f. l. 82 §. 2. de legat. 1. & minuit. l. 10. & 38. de hered. petit.* adversariû hinc Bartolo dictum *in d. l. 1. n. 12. de jurisd.* In quibus terminis Quæstio, quomodo judicis officium ab actione differat; æquè comoda est, ac si quis inquirat an Syllogismus & Dialecticus idem sint. *Guib. lib. 1. quæst. jur. c. 10.* (quippe cum judicis officium in actionibus maximè versetur: *l. 9. de R. V.*) Priori autem modo, cum obligatio nulla nascitur, quæ actionem producat & tamen æquitas suadet alicui succurri, officium judicis actioni convenientius opponitur; quod accidit in iis, quæ in testamentis scripta ad auctoritatem duntaxat scribentis referuntur, nec obligationem pariunt. *l. 7. in f. d. ann. legat. l. 1. quod cum eo qui in alien. potest. l. si & me. 32. si cert. pet. l. 52. pro soc. & de hac officii imploratione accipi possit præfata Dd. quæstio* (itemque brocardicum illud, quod dicitur; quod quotiescunque lex vel statutum se ad judicem refert, non oriatur aliqua actio, sed judicis officium. *l. 8. ubi gl. & l. 1. n. 4. C. de collat. vid. Wesenb. 1. conf. 7. n. 7. M. Stephan. lib. 2. cap. 2. n. 41.*) Ubi in genere quidem voce actionis sumtâ, ambo continentur, *arg. l. 34. de V. S.* in specie autem acceptâ, differunt causa & effectu: actio enim descendit ex obligatione speciali: officium judicis & imploratio illius ex æquitate seu obligatione generali; (ne quis cum alterius damno locupletetur,) Iterum, in his quæ veniunt jure actionis, pars per interpellationem, etiam extrajudicalem, constituitur in morâ: *l. 122. §. 3. ubi gl. in verbo testatò. de V. O.* in his autem quæ veniunt of-

ficio iudicis, non item. *l. 44. pr. de damn. inf.* Ubi enim nulla obligatio
& hinc descendens petitio est, ibi nec in mora quis constitui potest.
l. 127. de V. O. v. Bart. add. l. n. 10.

§. 3.

Horsum autem quando Dd. referunt exempla de petitione re-
stitutionis, excusationis totorum & ea quæ extraordinariæ perse-
quutionis sunt, *Matth. Stephan. lib. 2. de off. jud. cap. 2. n. 6, 21, 22.* non vi-
dentur accipiendi esse de officio iudicis propriè dicti, qui, jure ff. ma-
ximè, pedaneus præcipuè intelligitur: sed de iudice populariter &
pinguius appellato, ita ut magistratus etiam comprehendatur: quo-
modo hodiè vox ordinarii iudicis ferè usurpatur. *vid. Wesenb. de postul.*
n. 2 in cuius personâ cum concurrant ea, quæ olim & magistratui,
qui præerat jurisdictioni, & pedaneo iudici, qui tantum causæ co-
gnoscendæ dabatur, competebant; *vid. eund. de off. ejus cur mand. est ju-*
rudict. Ideo Dd. duplex officium commenti sunt, Nobile & Merce-
narium. *vid. Myns. & Dd. communiter ad pr. I. de off. judic. (alii plures et-*
iam species protrusere, vid. Ant. Fab. in prax. Gall. cap. ult.) qui termini ta-
meti minus commodi sint rei designandæ, *vid. Gædd. ad l. 22. n. 18. de*
V. S. cur tamen docendi gratiâ, dum meliores adferantur, tolerari
non debeant, causa prægnans haud apparet. *vid. Bachov. 1. disput. Tr. 12.*
th 17. lit n. Enimverò nobile non dicitur exactè *κατὰ διαστολήν*, quasi
mercenariū sit vile & ignobile; cum imò totum iudicis officium no-
bile sit & eximium (quomodo inter alia defendi potest contra Si-
chard. stylus libellorum communis, quo in fine das *Adeltiche Rich-*
terliche Ampt pro administrando jure & justitia imploratur, *dissen-*
tit Matth. Steph. lib. 2. cap. 5. numer. 3. mercenarium implorandum esse con-
tendens) sed *κατ' ἐπιθεσίον* & *κατ' ἐξοχήν*: quia aliæ partes officii iudi-
cis per se subsistunt nec aliundè dependent: aliæ demum intentatâ
actione nascuntur, huic præcisè subserviunt (ut sunt citare, termi-
nos agentibus præfigere, dilationes dare, probationes admittere, eas
discutere & examinare, allegationes audire, commissionem decer-
nere, sententiam dicere, appellationibus deferre, apostolos dare, &
similia, *Pet. Frid. 2. de proces. extrah. cap. 58.*) & veluti mercenarius do-
mino suo ex præscripto cogitur servire: Ita hoc officium naturam
actionis districtè sequitur. Ac ferè est, ut quæ olim erant magistra-
tus seu jus dicentis munia, ea nobili iudicis officio expedienda Dd.
assignent: quæ verò iudici dato erant perficienda, mercenario adscri-
bât. *Hub. Gif. ad pr. I. de off. jud.* quod singulatim ostendemus, ubi prius
de officio iudicis in genere nonnulla præfati fuerimus.

Elegans

§. 4.

Elegans eam in rem est constitutio, quæ extat in Ordinat. Process. Serenissimi Electoris Saxonie tit. 1. ad cuius προλασεις ordinem discursum hunc generalem & præliminarem dirigemus. Continet illa tum admonitionem ad iudices gravem, tum comminationem severam: admonentur autem iudices, ut assidue atq; sedulo expendant, quid jure tum divino, tum humano, nec non vigore iurisiurandi ab ipsismet præstiti, atque aliàs ab iis requiratur.

§. 5.

Enimvero iudex quid sui sit officii scire cum primis debet è verbo Dei: Illud enim speculum est, unde quæ fœda quæ pulchra cognoscimus, uti Greg. in prol. moralium & Hieronym. epist. quad. ad Damasum loquuntur. Itaque ille idem monet, ut divinas scripturas & sæpius legamus & nunquam de manibus deponamus, in moralibus. Quò intuitu inter alias causas Imp. Justinianus constituit in l. 14. C. de jud. ut iudices non prius litium cognitionem suscipiant, quàm ante sedem iudicalem sacrosanctæ depositæ fuerint scripturæ: Easdemque permanere voluit in iudicio, non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum: (quanquam istud præceptum in praxi non attendatur teste Sichard. add. l. 14. n. 5.) nimirum ut iudices per præsentiam sacrarum literarum de supremi iudicis præsentia & de partibus officii sui admonerentur.

§. 6.

Præcipitur autem iudici (1) Pietas & Timor Domini, exod. 18. vers. 21. 2. paral. 19. uti scilicet soli Deo iudicia exerceri norit, ibid. vers. 6. (2) veritas & Justitia d. loc. Deuter. 1. vers. 16. & 17. Prohibetur προσωποληψια & δωροφωγία d. loc. Exod. 23. vers. 8. Deuter. 16. v. 19. 1. Reg. 8. Proverb. 15. vers. 27. cap. 17. vers. 8. cap. 28. vers. 23. cap. 28. vers. 21. & quæ alia Theologi declarant: v. unus instar omnium ó πολυµαθής Gerhard. Loc. com. Theol. de magistr. polit. cap. 6. memb. 2. art. 2. th. 282. & seqq.

§. 7.

Gemina iudici observanda proponuntur, jure Canonico, nimirum ut solum Deum ante oculos habeat c. 1. de re iudic. Bald. in l. rem novam n. 2. C. de jud. nihil ex arbitrio suo faciat & domestico voluntatis proposito, sed juxta ll. & jura pronunciet, c. iudicet ille. 4. caus. 3. quest. 7.

non.

non de legibus sed secundum leges judicet, *c. citato & c. in istis. dist. 4.*
cuncta maturè rimetur, *c. judicantem. 11. caus. 30. quest. 5.* nihil autem
præcipitet. Cum præcipitancia sit Justitiæ noverca, *Clem. pastoralis 2. v.*
quia de sent. & re judic. & nullitatem sententiæ inducat, *c. cum Berthol-*
dus §. ult. ext. eod. stateram gestet in manibus, lanceas appendens æquo
libramine, *d. cap. 1. eod. 6.* Via regia incedat & sine perlonarum acce-
ptione procedat in negotiis *c. 17. de accus.* indifferenter pauperi æquè
ac diviti justitiam administret, *c. ex tenore. de for. compet. Gail. 1. observat.*
15. n. 4. nihil in causarum processibus vendicet sibi odium, vel favor
usurpet: timor exulet, præmium aut expectatio præmii justitiam non
evertat. *d. cap. 1. de sent. & re judic. in 6. cap. 4. caus. 11. quest. 3. cap. revera*
caus. 3. quest. 9.

§. 8.

In jure Civili quoque multa salutaria ad iudices monita exstant,
quæ manus ipsorum in genere declarant, *vid. Nov. 17. 24. cap. 2. 25. cap.*
2. 26. cap. 3. 19. cap. 1. 86. cap. 1. & 3. 113. præf. & cap. 1. 125. cap. 1. 148. cap. 1. & c.
quotum summa est; quod iudex in jure dicendo ita se gerere debeat,
ut neque nimia in adeundo asperitate sese difficilem præbeat, *Son-*
deru den Parteien auff ihr Ansuchen jederzeit schleunias rchtens för-
derlich vnd vnder möglich verbetse vnd mittheile / uti habent verba re-
format. guter Po. teen zu Augspura An. 1548. sub tit. von den Rich-
tern vnd gebesserter Po. teen ord: zu Franckfurt An. 77. tit. 33. neque
contra immodicâ familiaritate contemptibilem sese reddat, *l. 10. de off.*
presid. conf. memorial. visitat. de Anno 62. Denais. in jur. Camer. sub tit. de
muner. lud Cam in cognoscendo neque excandescat adversus eos, quos
malos putat, neque precibus calumniatorum illacrymetur: Quippe
cum non sit constantis & recti Judicis morbum animi vultu proderet,
l. 19. de offic. presid. spectet in judicando magis quid fieri debeat, quam
quid aliis usitatum sit. *l. 12. t. d. l. 3. de sent. & interloc.* nec aliter judicet
quàm legibus, constitutionibus & moribus proditum est. *pr. 1. de off.*
jud. vid. Gail. 1. O. 36. n. 12. Hillig. 26. D. E. 2. lit. a. & prout religio sugge-
rit, sententiam proferat *l. 29. §. 1. de jud.* non præcipitanter nimis & fe-
stinanter, *per d. §. sup.* Ita ut non gaudeat gloriari de multis, sed de bene
conceptis sententiis, *l. 2. C. de sentent. ex pericul. recitand.* nec temerè ab
executione incipiat, *l. 1. C. de execut. R. jud. vid. Ias. in l. nec quicquam. de*
officio procons. ubi limit. n. 6. A muneribus autem prorsus abstineat, ita
ut ne quidem ab eo accipiat, qui bonam habet causam, ut secundum
eum pronunciet, *l. 2. §. fin. d. cond. ob turp. caus.* nec per se ipsum, nec per
mulierem, aut alium, *uti jurare coguntur Iudices Hispania l. 1. Regn. Hi-*
span. tit.

span tit. 6. lib. 3. ib. non recedat a d. d. a. ni accepta an promessa, ni donacion
ellos &c. ni per si, ni per otro, directe ni indirecte &c.) Quod magno ju-
stitiae malo, tota die fieri, conqueritur Iob. Rogerus Trochajus tract. de
off. jud. in caus. cap. tit. 2. conf. Placen. tract. de expediend. judic. t. 15. Ayres.
in process. hist. part. 1. cap. 6. Observat. 3. n. 5. Herm. Luter. 2. de cens. c. 6. n. 26.
A. Rodrig. tr. de modo & form. vid. process. c. ult. n. 25. & seqq. Ubi distinguit
inter Judices, an e publico salarium habeant vel non: tum inter dona-
an magna sint, an vero parva, juxta l. 6. circa fin. de off. procons. l. 18. de off.
presid. Vtrobique Wesemb. in parat. Saresber. lib. 5. Policrat. c. 15. In summa
ita jus reddere debet, ut auctoritatem dignitatis, ingenio augeat. d. l.
observandum 19. de off. presid. quae verba in Ord. Iud. Electoris Palatini t. 4.
art. 13. adducuntur & declarantur, & immobilis ceu columna in custo-
dienda integritate sua, appareat. Nov. 18. cap. 8. v. si quis l. 4. famil. ercis.
l. 17. §. ait praetor. de injur. vid. prolixè Cl. Cant. d. tr. lib. 1. cap. 4. 5. 6.

§. 9.

Insuper & jus jurandum suum Judicibus semper ob oculos de-
bet versari: Et olim quidem Judices in singulis causis, antequam ju-
dicarent, in leges solebant jurare, uti innuit l. 14. C. de jud. & ostendunt
allegari ab Hillig. 26. Donel. Enuc. 3. lit. c. (quanquam Bachovius d. diss.
Tr. 5. th. 6. lit. a. dubitet, an hoc satis probatum sit.) Hodiè ordinarii, non
quidem in singulis causis, (subsistente iterum Bachov. d. loc. lit. b. & Hil-
lig. d. loc. quod haec contraria aut incompatibilia non sint: Magistratum &
in initio officii & postea quoque in singulis causis jurasse: sanè de usu fori nihil
dissentur. facit O. P. E. S. d. t. ib. Seiner zu solchem Ampt geleistetem
pflicht) sed in universum, juxta Nov. 8. cap. 7. in ipsis officii auspiciis
jurant; Minores quidem in leges, Majores in æquitatem. Vti ad auth.
hodiè. C. de judic. distingunt Dd. dissent. Donel. 26. comment. 2. Utique ma-
jorum magistratuum liberiores fuisse potestatem, nec usque astri-
ctam legibus, uti minorum, multis argumentis probari potest. Wesem.
comment. C. ubi de crim. agi oport. Interim eam jurandi formulam de
justitia & æquitate non cerebrinam, sed legali, id est, quæ legum senten-
tiis sit consentanea, de qua in l. placuit C. de judic. intelligendam esse,
commonstrant verba in d. auth. sequentia: secundum legem & omnem ju-
stitiam, item praeter jus & fas. id. Comment. C. de ped. jud. n. 48.

§. 10.

Pertinent huc formulæ juramenti, quod judex & Assessores Ca-
meræ Imp. præstant, in O. C. p. 1. tit. 57. Auditores in regno Hispaniæ
lib. 2. tit. 5. reg. 6. item judices provinciales Electorum & aliorum sta-
tuum. vid. Ord. jud. E. Palat. tit. 10. E. Sax. In der Churfürstl. Sächsi-
schen

schen Landord. p. 198. & in appellation Ord. mihi. pag. 8. &c. Ac qua-
diversimodè juratur, idè forsan est, quod S. E. S. d. O. P. tit. 1. istis uti-
tur terminis: Wird sich ein jeder auß Gottes Wort/den beschriebe-
nen Rechten/auch respectivè seiner zu dem Ampt geleitesten Pflicht/
bescheiden. facit tit. 2. pr. ib. vnd vns dieselben/nach gelegenheit eines
jeden expedition, pflichtbar gemacht. Ita in Cas. Ordinat. judic. March.
Lusat. super Domin. Iudices astringuntur. bey denen Pflichten hiermit
sie R. M. als R. in Böhmen vnd Marg. in Oberl. vnd demselben R.
Ampt verbunden / daß sie sich ihren höchsten Verstande nach/vnver-
dächtig vnd unverweiglich erzeigen. p. 1. sect. 5. p. 7. Syndici v. Civita-
tum vel alii Senatores, quando ad asidendū judicio, illò destinantur, admo-
nentur, bey denen Pflichten / damit sie der R. M. vnd dem Rath ver-
wandt / ibid. de Sacramentis judicum in oppidis, vide Volckm. p. 4. Art. Not.
c. 9. & c. 11. n. 8.

§. 11.

Sed & aliunde officii sui commone fieri potest iudex. O. P. d.
tit. 1. ibi: vnd sonst / & vel ex sapientum scitis; quam in rem est egre-
gium orationis, quæ à Salust. in conjurat. Catilin. Cæsari tribuitur,
exordinm, ibi: omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab
odio, ira, atq; misericordia vacuos esse decet &c. Itemque illud Cic.
pro Cluent. Est sapientis iudicis meminisse se hominem, cogitare si-
bi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum:
ac quæ sequuntur pulcherrima. conf. lib. 1. Epist. ad Q. Frat. 1. cap. 7. Ioh.
Saresb lib 5. Policrat. d. cap. 15. & seqq. Græcorum etiam his monitis ple-
na sunt scripta, plena apologorum & apophthegmatum antiquitas:
Ornatissimæ curiarum & tribunalium picturis fores atq; parietes,
quæ iudicem religionis suæ commonefaciant. vid. Revardum. spec. jud.
per totum. Harpr. ad pr. 1. de off. jud. n. 58. & seqq.

§. 12.

Quibus omnibus, ut summatim dicamus, cum S. E. S. d. t. 1. iudex
admonetur, daß er mit administration gleich durchgehender Justitien
rdlich/auffrichtig/fleissig vnd vnparthenisch sich erweise. h. e. munus
suum gerat (1) honestè, & boni innocentisque viri officio funga-
tur. l. 4. famil. hercis vid. Cl. Cant. d. lib. 1. c. 1. (2) integrè & apertè, ne à
muneribus vel affectibus sese corrumpi patiat, atque ut glos. Iur.
Sax. vult. lib. 1. art. 55. n. 5. Comites habeat, Justitiam, Sapientiam, For-
titudinem, Temperantiam, Moderationem, Conscientiam. Wesemb.
C. de ped. Iud. n. 55. (3) sedulò & industriè, non per socordiam aut te-
mulentiam: quanquam enim sapientia & timor Domini præcipua
sunt

sunt boni judicis adjumenta : opus tamen etiã est diligentia : Ac rem
etenim oportet esse auditorem qui tot lites dirimere, insidias cavere,
& quod rectum sit in tantã turbã & corruptelis sequi possit : ait præ-
clarus Polon. *statutor auctor Priluv lib. 1 de stat. reg. Pol. cap. 2. art. 8 præf.*
(4) ἀπροσωπολήτως : Judicem enim velut justitiæ antistitem, oportet
esse gravem, sanctum, incorruptum, inadulabilem &c. inquit Bud. ad
l. jus Civile. de just. & jur. adde Reichs Abscheid. de Anno 70. §. wie wol &
§. als dann. Et hæc quidem de admonitione ad judices S. E. Sax.

§. 13.

Sequitur comminatio : nimirum quod judex qui perperam of-
ficiũ gesturus sit, necessum habuerit rationem desuper reddere,
(1) Deo (2) propriæ conscientiæ (3) Principi aut ejus delegatis inspe-
ctoribus, quin & (4) pœnam non sit effugiturus. Nimirum (1) Judi-
ces non hominum sed Dei judicium exercent, *uti supra dictum è Deut.*
1. v. 17. Psal. 82. Is est inspector & eorum qui judicant & quibus judi-
catur. *Nov. 90 fin.* nec alios magis judicant judices, quam ipsi judican-
tur : Itaque & ipsis magis quàm partibus terribile debet esse judiciũ:
Siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore ad-
hibito, causas proferunt trutinandas. Ac judex eo ipso momento,
quo judicat homines in terra, à Deo judicatur in cœlo. *v. Auth. discurs.*
von Justitien Werck pag. 52. Ergo quoties judex ad judicandas lites
tribunal conscendit, ita judicare intendat, sicut se judicari exoptat à
supremo omnium judice. *Garf. Mastril lib. 2 de magistr. c. 2. n. 92.*

§. 14.

Deinde Conscientia veluti pædagogus quidam & rector ani-
mæ sociatus est, ut eam de melioribus admoneat vel de culpis casti-
get & arguat, inquit. *Orig. lib. 2 in Epist. ad Rom.* nullus autem nec te-
stis tam formidabilis, nec judex tam gravis est, quàm conscientia,
quæ mentibus cujusque inhabitat; O te miserum si contemnis hunc
testem, *exclamat. Sen. Epist. 53. fin. v. Lips. 1. Polit. c. 5.* Quò pertinet vexa-
tissima in schola, rarissima in praxi, *Bachov. 1. disp. 12. th. 14. lit. e.* quæ-
stio: an Judici secundum conscientiam potius, quàm secundum
acta & probata sit judicandum? Qua in quæstione vocabulum Con-
scientiæ non accipiendum est generaliter, pro religione judicantis:
tùm enim oppositio non satis apta esset: Quippe quod eò modò hoc
ipsum ex conscientia judicis pendeat, an res satis probata sit. *l. 3. §. 2.*
in fin. l. 21. §. vet. de test. (quanquam hunc paralogismum ferè commu-
niter committant, qui pro conscientia contra acta pugnant) sed spe-
cialiter pro certâ animi scientia, quam judex hausit de negotio quo-
dam

dam extra probationes, v. g. quod homicidio interfuit, & Cajum
suis oculis percutere vidit, cum ex probationibus Sejus deferatur.
*v. D. Gerh præalleg. c. 6. de magistr. polit. th. 292. f. ubi etiam vocab. acta &
probata exponit.* Hic distinguo, an iudex post probationes auditas ni-
hil de certitudine sua moveatur, sed potius probationes argumentis
quibusdam convincere erroris possit, & testes aliquibus circum-
stantiarum demonstrationibus aut interrogationibus deducere vel
ad consensum, vel ad dubitationem: quò casu dicendum erit, secun-
dum conscientiam ipsum judicare debere, cum ita secundum verita-
tem judicet: (atque huc pertinent ea juris loca, quæ iudicem secun-
dum suam religionem, secundum quod sibi visum fuerit. *l. 29. de jud.
ex animi sui sententia. l. 3. de testib. secundum arbitrium. l. 1. §. 5. ad S.
C. Turp l. 5. ad municip. jubent judicare*) Idque in civilibus sine hæ-
sitatione adserimus. *v. casum ap. A. Fab. C. suo. de sent. præf. prætor. def. 7.*
In criminalibus consensum aliorum magis requirimus, vel saltem
manifesta falsitatis argumenta in actis vel testibus; cum luce meri-
dianâ clariores ibi requirantur probationes: Quod si verò iudex ex
scientiâ suâ & rationibus ejusdem, redarguere probata non possit,
sed ea firma & inconcussa maneant, non poterit non ipse moveri &
dubius reddi, ex multorum testimoniis aut manifestis documentis,
contra suâ ipsius scientiam. *arg. l. 21. §. ult. de testib. l. 5. §. à barbaris. de re
milit. l. 1. §. divus. ad L. Cornel. de sicar. quæ decipi facilius potest: quò ca-
su acta & probata tutius sequetur. argum. d. l. 21. §. ult. de test. l. 40. ad
leg. Aquil. eoq; pertinet dictum Baldi. (l. 17. C. de judic. numer. 1. qui
Iudici duplicem tribuit conscientiam alteram legis, alteram propriam, quæ
sibi invicem congruere debeant, aut si discrepent, sequenda erit legis potius
quàm propria conscientia,)* & ea quæ pro actis & probatis vulgò dispu-
tantur. Quod si denique conscientia ejus à probatis nihil moveatur,
fatius fuerit officium iudicis exuere, ne aliud dicere cogatur quàm
sciat. *conf. C. I. A. de re jud. th. 77. vel rem ad superiorem deferre, ejus au-
thoritate componendam aut differendam, dum decursu temporis
veritas elucescat, Bachov. d. loc. conf. de questione affini, an melius sit, secun-
dum leges, an verò secundum conscientiam judicare? Volckm. de A. N. p. 30
tit. 4. D. Gerhard. d. cap. 6. th. 290.*

§. 15.

Porro cum Reges benè morati servandæ justitiæ causâ, consti-
tuti sint, atq; ut summos cū infimis pari jure retinerent. *Cic. 2. off. 12.*
Idcirco à Principe cum primis justitiæ cura efflagitur, ut advertat
in magistratus inferiores, qui se improbè in officio gesserint, *uti fa-
retur*

retur Imper Valent. apud Zon. tom. 3. p. 25. Itaq; rectè optimus Princeps
custos esse vult & debet, quò nec opulenti injustum aliquid patian-
tur, nec plebs contumeliam accipiat, Arist. 5. polit. c. 10. post pr. sed ut
omnibus subditis justitia æquabiliter & temperanter administretur.
Lips. 2. polit. 11. & in not. lib. 2. c. 9. copiosè Cl. Sefell. 1. de Rep. Gall. p. mihi 52.
Unde iudices injustos pro qualitate delicti, non solùm ab officio re-
movere, l. 3. C. de off. pref. prator. sed & aliter, graviusque poterit puni-
re, vid. Menoch. cas. 339. n. 3. Adde exempla Principum qui in iudices
pravos severissimè animadverterunt, apud Val. Max. lib. 6. c. 3. Balduin.
ad l. 25. 12. tabb. Alex. ab Alexand. 3. Gen. dier. 5. Decian. 8. tr. cr. 34. iterùm
Menoch. cas. 342.

§. 16.

Præterea, si iudex perperam disceptet, sive in cognoscendo sive
in definiendo, obligatur, non solùm superiori & reipub. ad pœnam,
pro modo delicti, l. ult. & r. t. C. de pœna iudicis qui malè judic. av. sed &
parti læsæ ad interessè, Wesemb. ad d. r. C. de ped. jud. n. 42. Et quidem si
iudex ex proposito, contra jus in thesi, seu contra jus constitutionis
pronunciaverit, generaliter definiens aliquid de jure, quod non est
juris, uti loquitur Bachov. 2. disput. 22. th. 5. lit. a. sententia ipso jure nul-
la est, ut nec per appellationem eam rescindere opus sit: si verò con-
tra jus in hypothesi seu contra jus partis: hic error velatus non qui-
dem sententiam nullam facit, ut aded per appellationem ea rescin-
denda sit, l. 2. C. quand. provoc. non est neces. l. 1. §. 2. quæ sent. sine appellat. l.
28. de re jud. interim tamen utroq; casu iudex malignus litem suam
facit, hoc est ad universum litis dispendium litigantibus obligatur,
& solidam litis æstimationem cogitur inferre, l. 15. pr. de judic. conf.
Vultej. ad pr. l. de oblig. quæ quas. ex delict. nasc. (nisi ius sit dubium, vel
per se, vel propter disputationem prudentum; ubi quoque senten-
tia nulla non est, vid. Zas. ad l. 32. n. 4. de re jud.) quod si ultra propo-
situm malè iudicandi accesserit vel pretium; (id est corruptela pecuniaria
l. 3. & 6. §. 1. ad L. Iul. repetund.) venalis eiusmodi sententia, quæ in mer-
cedem à corrupto iudice profertur, etiam citra propositæ auxilium
revocationis ipso iure nulla est, l. 7. C. quand. provoc. non est neces. & iu-
dex parti tenetur, Baldus & Salic. ad d. l. 7. vel affectuum perversitas
(id est, gratia, inimicitia, favor, propensio, odium, preces, & prensationes,
quibus iudex seductus fuerit, ad injustam sententiam ferendam,) sententia
quidem subsistit, sed rescinditur, l. 65. §. 2. ad S. C. Treb. interim ipse
iudex litis æstimationem suffert. Accurs. ad l. 2. d. r. & similiter, ut
priori casu, infamis fit; uti quidem Dd. communiter ex l. ult. C. d. r. colli-



gunt; quanquam accuratiùs intuenti, vix hoc ex illo textu persuaferint. Sane quia is, qui sciens, per fraudem sententiam iniustam tulit, ex L. Jul. repetund. civiliter & criminaliter potest conveniri. *vid. Wesemb. parat. ad L. Jul. repetund.* hoc pacto quoque iudex ad infamiam redigi poterit. *l. 7. §. ult. ad L. Jul. repetund.* Novissimo iure qui iudicandi gratiâ pecuniam vel promissionem suscepit; in causa quidem pecuniaria, triplum eius quod datum, aut duplum eius quod promissum fuit, Comiti rerum privatarum solvere tenetur & dignitatem, si quam habet, amittit, *fac. l. 12. C. de dignit.* in causa verò criminali, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur, *Nov. 124. cap. 2. Pac. ad d. tit. C. de pœn. iudicis n. 2. in analysi. conf. C. A. de re jud. th. 72.*

§. 17.

Quin etsi non ex proæresi & dolo malo, sed inconsultè & per imperitiam malè iudicaverit, nihilominus litem suam facit, *pr. l. de oblig. que quas. ex delict. nasc. l. ult. de extraord. cognit.* & parti gravatæ, per actionem in factum, ex quasi delicto tenetur, *l. 5. §. si iudex. de O. & A.* (contra quàm vitiosè scriptum in novissimis ad *l. 15. in fin. de iudic. adnotation. lit. o.* Vbi forsan legendum hoc modo: interdum solâ imprudentiâ peccat, quod cum accidit litem suam facit. *d. l. ult. de extraord. cognit. non ex vero, sed ex quasi delicto,*) in quantum iudicantis religione æquum visum fuerit, *dd. ll. salvâ tamen existimatione, cum dolo careat, Cujac. in comment. ad d. l. f. C. de pœn. iud.* nisi sententiam non tam ex suo iudicio, quàm ex consilio assessoris protulerit; quò casu excusandus esse videtur, *arg. l. 2. quod quisque jur. negligens quoque iudex litem suam facit, cap. 1. §. 1. v. iudices. 2. f. 53. & parti læsæ ad damnum & interesse tenetur: Itemq; ab officio removendus est, si magna eius sit negligētia, l. si quos. C. de off. pref. præt. Or. v. Gail. l. O. 28. n. 8.* In Camera impetratur iudicium syndicatus, quò litigator, qui iniquâ se gravatum sententiâ dicit, ipsos iudices de dolo accusat, quod prece vel pretiò conducti, favore aut odiò commoti iniustam sententiam dixerint, *O. C. part 3. t. 53. §. Wo aber einige Parthey. Bocer. class. 6. disput. 35. in fin. ubi vid.* De consuetudine tamen notat Farinac. *q. 111. n. 572.* iudices non amplius syndicari, si per imperitiam malè iudicaverint: quod & Gail. velle videtur *l. O. 153. n. ult.* & ipsa O. C. quando syndicatum non nisi ex dolo permittit. *Vmmius disp. ad proces. direct. q. n. 7.* Atque hîc ea quæ in genere de officio iudicis, iuxta obrussam principii præfatæ constitutionis Electoralis dicenda fuere, finimus & ad specialia digredimur.

PAR-

PARTIS SPECIALIS.

SECTIO I.

De Nobili iudicis officio.

CAPUT I.

*Quatenus nobile iudicis officium, extra solennem
iudicii figuram, exerceatur.*

Postquam de iis, quæ ad iudicis officium pertinent, generatim differuimus; nunc separatim ea, quæ ad nobile vel mercenarium maximè spectant, perstringamus. (*Cujus distinctæ tractationis & ratio & usus insignis est: siquidem ea, quæ nobili iudicis officio peragenda sunt, solennem illum iudiciorum ordinem non desiderant, sed summam & de plano expediri possunt. Conf. Vmm. disput. 23. ad proces. direct. nu. 19. & infr. § 4.*) & nobile quidem iudicis, seu jus dicentis officium quamvis latissimum sit, l. 1. de iurisd. ita tamen commodè distingui potest, ut in tribus potissimum locum inveniatur: aut extra litem, aut ante litem, aut post litem, uti loquitur *Wesemb. in tit. C. de pedan. jud. n. 51.* aut si *Sixolop. iav. malis*, vel extra respectum iudicii ordinarii, vel in actibus quibusdã iudicii ordinarii. Extra schema iudicii ordinarii & solennis officium nobile iudex exercet, in quibusdã motu proprio, in nonnullis præviâ imploratione: Proprio motu aliquando iudex procedit, tam in civilibus, quam in criminalibus. Quoad criminalia, iudex ordinarius ex officio nobili inquirere in crimina, etiam nemine accusante aut deferente, seu contra diffamatos per inquisitionem procedere potest, l. 3. de off. præs. l. 4. ad L. Iul. pecul. cap. qualiter. 24. de accus. ubi *Wesemb. in parat. ff. n. 3.* Vnde *Iacob Contenat. 1. quest. 1. n. 25.* de inquisitione in civilibus intelligendus venit, quando iudicem nimis curiosum acriter putat esse puniendum: atq; ita se ipsum explicat n. 44. arg. cap. 2. de jurejur. conf. *Shurfürstl. Sächsische Resolution in Justitien Sachen. nu. 5.* von inquisition Process. latè *Marant. dist. 6. sub. tit. de inquisit.* Nos de criminalibus hac vice non sumus acturi.

§. I.

In civilibus motu proprio iudex officium suum interponere, quandoq; etiam sine imploratione præviâ, debet. v. omnino *Bart. ad l. 4. §. 8. de damn. inf. n. 2.* (1) in omnibus iis quæ concernunt publicam salutem. vid. *Astr. pr. Fl. §. 3. cap. 16.* (*cujus non inutiles, sed confusas juxta commentationes, non transcribemus aliorum exemplo; sed quatenus huc faciunt*

ciunt, in ordinem qualemcunque, ad evitendum allegandi fastidium, redigemus) qualia sunt pax & tranquillitas (cujus conservanda causa omnibus machinationibus debet obviare, *Afin ib. c. 58. rixas & contentiones quolibet modo tollere, (122) atque ad eas evitandas aliquando potest prohibere, ne quis ostium alterius praterat, (125) Itemque ne quis domo sua exeat, (126) Quando suspicio est magni inter familias nobiles odii, unde turbae facile possint oriri, ad concordiam illas potest cogere, (133) Et subditos alios ad tranquillitatem & pacem colendam (136) causa annonae (290) contributionum seu exactio-
 num (189) &c. (2) in iis quae concernunt observantiam juris publici (234) (3) ubi versatur periculum animae (107) (4) in causis piis (144) (5) miserabilium personarum (272) viduarum (143) & similia. v. *Gail. 1. O. 1. n. 40.* (6) in causis alimentorum (203) (quorum praestiones etiam mandatis sine clausula injungi possunt, *P. Friderus 2. de proces. extr. c. 54.* (7) in causis matrimoniorum (127) ita potest inquirere in matrimoniorum impedimenta (193) & (112) eaque aliquando supplere, (185) si absque consensu & autoritate propinquorum minor uxorem ducere prohibeatur, illi vero hujus vota frustentur, ex officio se interponere potest (142) intercedere ne conjuges sine causa separati degant &c. (166) (8) in causis dotium, quarum commodis subvenire debet (109) v. c. *Patrem compellere ad dotandam filiam, (110) vergente ad inopiam viro, mulieri dotem restituere (112) (8) in causis tutelarum; potest enim pupillis & furiosis tutores etiam ultrò constituere, (107) & alia ad utilitatem ipsorum facere, (108) invitos ad subeundam tutelam captis pignoribus adigere, l. 1. de admin. & peric. tut. Wes. de tut. n. 3. post. pr. licet & magistratus municipalis aliter de tutore non dato non teneatur, quam si monitus non dederit. l. 1. §. magistratibus. de magistr. conven. v. Iac. Concenat. 1. quest. 1. n. 13. cum plures non suspecti pupillum educare volunt de eorum vita & moribus, (128) item de habilitate tutorum, (302) & contra suspectos, inquirere, (300) suspectos vero, etiam non accusatos, ex officio removere. l. 3. §. 4. de susp. tutor. Ita quoque curatorem dare, (107. 104) datum ex causa revocare & alium deputare, (105) de dando curatore furiosis inquirere (301) &c. Quanquam haec & similia etiam ad petitionem praeviae fiant. (9) in causis restitutionum: potest enim Ecclesiam vel minorem restituere motu etiam proprio. *P. Frider. 2. de proces. extrah. c. 58. nu. 12.* Denique omni manifestae iniquitati debet occurrere, tametsi parti via praecclusa sit. (30)**

§. 2.

Ad implorationem iudex nobile officium impertitur, eamque vel simplicem, vel talem quae instar actionis obtineat: Ad simplicem petitionem impertitur hoc officium, extra solennem iudicii figuram,

ram, cū petente matre pupillis dat tutores, O. C. p. 3. c. 3. n. 19. cum fla-
gitatur decreti interpositio in rebus minorum vel Ecclesiæ, *ibid.* n. 21.
& quando alios jurisdictionis voluntariæ actus exercet. l. 1. de off. con-
sul. & l. 1. de off. prætor. uti sunt manumissio, emancipatio, donatio,
veluti insinuationes earum (num. 22.) testamenti factio, adoptio. l. 17.
de adopt. Jac. Concenat. 1. quest. 1. n. 15. Item confirmationes dotium, ex-
emplationes privilegiorum. O. C. d. l. & superiora penè omnia: quæ enim
titra implorationem facere tenetur iudex, ea multo magis imploratus: sic
imbecilles à potentiorum injuriâ proprio motu potest defendere & ad nudam
eorum implorationem securitatem ipsis præstare. l. ne potentiores. ubi Br. de
off. præf. Petitio instar actionis obtinet, cum vel nulla alia actio adest:
vel adest quidem, sed propter compendium temporis & utilitatem
aliam iudicis officium imploratur, post Zaf ad l. 1. de jurisd. & alios, Bach.
ad §. 1. 1. de action. & ad pr. l. de off. jud. Prioris generis sunt bonorum
possessiones, part. 3. O. C. c. 3. n. 25. conf. Wesemb. de bon. poss. n. 7. & 12 re-
stitutio minorum. l. 1. l. 24. §. ult. de minor. ubi Wesemb. n. 8. eorumque
qui metu reverentiali aut minis perterriti facti sunt. Wesemb. quod me-
tus caus. gest. n. 2. (in aliis restitutionum causis etiam actiones prodite inve-
niuntur. v. Wesemb. de in integr. rest. circa f. Gail. 1. O. 143. f.) cum filius
gravatur à patre nimis aspero & negante id quod naturâ debet. l. ult.
C. de alend. liber. Vicissim cum patri filius obedire detrectat, l. 4. & 5.
C. de parr. potest. l. un. C. de emend. propinq. cum ad sportulas & salaria,
de quibus nihil est conventum, præstanda litigatores coguntur. vid.
Wesemb. C. de sport. n. 44. Cum medicus non est stipulatus salarium, &
quæ aliæ causæ t. t. de extraord. cognit. recensentur: Hæc enim pars
officii iudicis in jure speciali nomine persequutionis, respectu liti-
gantium; extraordinariæ cognitionis, respectu iudicis nominatur.
l. pecunie §. 2. v. persequutionis. d. V. S. Stipulationes quoq; nonnullæ ab
officio hoc nobili impetrantur. l. 1. §. 2. de prætor. stipul. ubi v. C. A. th. 4.
Cæterum, quod hoc officio expediendum est, id non minus peti po-
test, quam quod jure actionis debetur. Wesemb. *ib.* n. 4.

§. 3.

Posterioris exempla sunt (1) causæ spoliæ. l. momentanea. C. und.
vi. O. C. d. loc. §. Item Sachen gewaltsamer Entsetzung. Afm. d. §. 3. c.
191. & 192. P. Frider. 2. de proc. extrahend. c. 56. ubi n. 6. iudicis arbitrio relin-
quit, an mandatum cum vel sine clausula spoliato dandum sit. (2) causæ re-
laxationis juramenti ad effectum agendi, O. C. §. 17. (3) causæ seque-
strationis. Gail. 1. O. 12. n. 15. Wesemb. C. de prohib. sequest. nu. 9. ubi v. conf.
Gædd. tr. de sequestratione. M. Steph. lib. 5. c. 1. n. 109. atq; iterum. lib. 6. cap. 9.

C

Et

& huic valdè similis Arresti, quod licet Jure Civili itidem prohibi-
bitum sit, moribus tamen Imperii, v. *Gail. tr. de arrest.* & Saxoniae in-
primis, nonnullis casibus frequentatur. v. *Berlich. 1. concl. 73. & 74. per
rot. Matth. Steph. locis seqq.* (4) Causae exonerationis mandati. *Gail. 1. O.
46. n. 5.* (5) Pignorationis. *id. de pignorat. c. 21. n. 2. v. Melandr. tr. pecul.
C. A. Ad L. Iul. de vi priv. th. 4. de Iur. Sax. Coler. 1 de process. cap. 2. num. 261.
(6) novi operis nunciatio. O. C. §. 28. Gail. 1. O. 16. (7) Petitio cau-
tionis damni infecti, l. 5. & 44. de damn. inf. O. C. §. 29. (8) cautionis
legatorum nomine, l. 37. de O. & A. C. A. de prator. stipul. thes. 4. in fin.
(9) Petitio missionis in possessionem, absente reo, ex primo decreto.
l. 2. C. ub. in rem act. (10) Possessorium momentaneum, *Gail. 1. O. 7. n. 5.
(11) Petitio possessionis ex edicto Carboniano, l. 3. §. causa. de Carb.
edict. ubi. C. A. th. 8. (12) si mulier ventris nomine in possessionem mit-
tenda, l. 1. §. 14. de ventr. in p. O. C. §. 27. (13) Missio ex decreto D. Hadriani
d. §. 27. v. C. A. testam. quemadm. aper. th. 12. *Wes. conf. 1. nu. 64.* & in sum-
mâ omnes omninò causae naturâ suâ ordinariò processu expedien-
dæ, ex accidente fieri possunt summaria (1) si in mora sit periculû, id
est, si per moram judicii & processus causae aut periturae essent. l. 1. §.
ult. l. 3. de feriis. arg. l. 28. §. 3. de judic. O. C. §. da das ienige darunter spart
ist / aut irreparabile damnum passurae. *ib. §. seq.* (2) si princeps mandet.
vid. Marant. dist. 9. n. 3. (3) partes consentiant aut causae sint notoriae.
*Afin. d. §. 3. cap. 12. Vultej. in fin. I. Rom. Gail. 1. O. 146. n. 4. ubi tamen legen-
dum esse arbitror, implorato ad hoc iudicis mero officio, uti est in gl. Clem.
ult. ut lit. pend. non v. mercenario officio. per præd.* Unde rectè admonet
iudices. *E. Sax. d. t. 1. §. 1.* uti videant, quò litigantibus processus sum-
marius persuadeatur, *ibid.* Daß der Proceß eingezoget vñnd vergeb-
liche zeit vñnd Geldspielung ersparet werde: zumahl wann sichs befin-
det / das &c.**

§. 4.

Etenim in hisce omnibus vel nullo vel saltem non ordinario
juris processu opus est: Quod in criminalibus quatenus procedat
hoc loco non dicemus. v. *Wesemb. parat. de accusat. n. 14.* In reliquis ci-
vilibus supra enarratis speciebus, quæ voluntariae sunt jurisdic-
tionis, quod nullò processu opus sit, sed causae de plano possint expedi-
ri, v. *eund. de adopt. n. 5.* quin & in cæteris, quæ cõtentiosae sunt jurisdic-
tionis, summarius processus sufficit, id est, non forma juris positivi,
sed naturalis tantùm procedendi ratio tenetur. *Wesemb. ad t. C. de jud.
n. 116.* quò pertinent citatio, brevis narratio, seu expositio causae, pe-
titio, probationes, causae cognitio & sententia: Quæ cum infra in
parti-

partibus ordinarii processus explicanda sunt, hic prætermittimus.
v. Steph. lib. 5. cap. 2. n. 1. & cap. 4. n. 10. & seqq.

C A P. II.

*De his quæ Nobili iudicis officio, in præparando iudicio
ordinario, expedienda sunt.*

Postquam ea, quæ citra solennem iudiciorum ordinem à iudice ex nobili officio peraguntur, recensuimus; iam ad iudicium ordinarium cogitationem convertimus: Ubi consideranda sunt & personæ in iudicio occurrentes, & actus ex quibus iudicia constant. Personæ sunt vel Principales vel accessoriae & administrantes. Illæ sunt, post iudicem, partes litigantes: Circa quas hoc iudici circumspiciendum est, an personam standi in iudicio habeant, *qua de re sunt* t. t. C. qui legit. person. de postul. & procurat. ubi vid. Wesemb. in comment. & parat. Arn. Reiger. disp. 1. de process. th. 44. Vmm. 1. de process. th. 4. & 5. & dicetur cap. seq. § 1. ουρεγαι illæ accedunt vel iudici, vel partibus, Wes. tom. C. de ordin. jud. n. 3.

§. 1.

Judici accedunt assessores & ministri: Circa assessores officium iudicis versatur vel deligendos. arg. Novell. 82. c. 1. vel delectos Nov. 60. c. 2. In deligendis assessoribus attendet ad requisita, quæ à talibus viris exiguntur: qualia sunt legitimi natales, peritia, honestas, gravitas. *qua de re videndus est* A. Winther tr. de adfess. O. C. p. 1. tit. 1. §. nemblich. tit. 3. §. deß gleichen. tit. 4. §. auß demselben. Stephan. lib. 4. de off. jud. c. 1. Assessorum vices apud Saxones videntur obtinere, qui Scabini dicuntur. Wesemb. de off. adfess. vers. quorum vicem. die Schöpffen/ à jure inveniendos vel hauriendos. v. Wehner. in voce Schöpffenbar fren. Vnde Schöpffenbare Leute dicuntur, die bar vnd fren seind von aller bosheit vnd laster/ Landr. lib. 3. art. 28. & 29. & porro ein jeder Christenman/ der zu einem Schöpffen mag geforen werden. gl. lib. 2. Landr. artic. 12. Keckerm. aliam Iuri Saxon. derivationem imputat, eamque simul refutat. d. c. 17. p. 293. lib. 1. polit.

§. 2.

Circa delectos ita iudicis officium occupatur, ut curet, quò illi, quæ muneris sui sunt, sedulò expediant & ab illicitis abstineant, *adhibe* t. t. ff. & C. de adfess. ubi Wesemb. & C. A. eaque de re in O. C. & Const. Imper. varia quoque præcepta extant: Veluti (1) operam dandam esse iudici, ut quisque assessorum tempestivè adsit in iudicio.



*Denais. Jur. Can. tit. de jud. Camer. maner. nu. 4. conf. Churfürstl. Sächsl. Lands Ord. p. 202 §. aber Sommerszeit. (2) non permittendum, uti in auditorio communi otiosè prius congregentur, Denais. ib. inf. discurrant, aliena tractent. ib. n. 6. sed instandum esse, ut ea quæ proponuntur attentè observent & auscultent, quò deinde in consultationibus & suffragiis singuli eo meliùs, quò in cardine res versetur & quid facto opus sit, judicare possint. O. Elect. Pal. t. 4. art. 13. Curandum (3) ut in referendis causis, dicendisque sententiis ordo servetur: ab illis, qui eximere à sententiæ dictione sese conantur, causâ quæsitâ. Denais. d. loc. Quod si (4) oscitantiam aliquam vel *атазия* minusque necessarias disputationes iudex deprehendat; haudquam dissimulanter & susque deque id feret: verum id aget, ut relationes, quoad ejus fieri potest, maturentur, ne pretiosissimus temporis thesaurus sine fruge dilabatur, ex Ordin. El. Pal. tit. 4. art. 7. ubi *Weissenberg in Syntag. tabul. 3.* Etiam hoc (5) cavebit, ne in cyclica rogatione dicturi, alter alterius suffragium verbosè repetant; sed unusquisque sensum sui animi disertè explicet, additis decidendi rationibus, d. t. 4. O. E. Pal. art. 8. Ordin. Appellat. E. Sax. p. 6. b. Quod si (6) res ita postulet, sanè altera vice sententiam rogare potest; ita tamen uti caveat, ne priora inutiliter repetantur. Denais. d. loc. n. 7. & 8. Ordin. El. Pal. d. tit. art. 9. Ord. App. E. Sax. d. loc. (7) causam quæ semel sub incudem fuit, alteri, si necesse sit, ad correferendum tradet; veluti si causa ardua sit & adfessorum suffragia non congruant. d. art. 10. Et quæ pluræ alia p. 1. O. C. 10. & 11. traduntur. Volckm. p. 4. A. N. c. 3. n. 31.*

§. 3.

Personæ administrantes seu inferiores sunt scribæ & apparitores. Constituere enim iudex debet iudicio scribas seu notarios idoneos, legales & juratos, unum Nov. 15. c. 3. §. deinde. vel plures Nov. 12. c. 7. §. *his qui causas.* pro iudicii sc. ratione: (Nec enim præcisè exigendum puto, ut duos ad minimum sibi iudex adjungat, quod statuit *Wesemb. C. de ordin. jud. nu. 13. usu etiam reclamante*) qui acta iudiciorum consignent: *quam in rem elegans est c. quoniam. ext. de probat. ne si id per quemvis alium fiat, postmodum acta iudicii in dubium vocentur.* Churf. S. Lands Ord. p. 25. O. P. tit. 2. ubi de eorum off. vid. novissimè *Volckm. d. tr. de art. Notar. Besold. thes. pr. voce Registratur. Matth. Steph. lib. 4. c. 4.* (qui tamen Notarios malè iudicibus ordinariis, propriè sic dictis, annumerat. d. tr. lib. 1. c. 3. n. 8. cum potius illud *Wesemb. de fid. instr. n. 3. de notariis pronuncianum sit, quod sicuti iudex habet ordinariam iudicandi potestatem; ita isti scribendi.*) Itemque duos executores. *Wesemb. d. nu. 13.* qui

qui olim quidem eligebantur per magistrum scriniorum seu primi-
scrinium, l. 1. C. de sport. Jure Can. per quemlibet judicem, c. 19. ubi Dd.
de appellat. Cōsuetudinario per officiales singularum civitatum. Wesf.
ad d. l. 1. n. 55. & quarumlibet curiarum seu jurisdictionum magistra-
tus & adfessores. O. C. p. 1. c. 36. præhabitâ inquisitione in eorū mores.
v. Wesemb. d. num. 59. (in Camerâ etiam immatriculatur. O. C. d. p. 1. c. 35.)
ut lites per citationes præparent, denuncient, instruant, necessa-
riis actis & suggestionibus. l. 3. d. 1. (quod tamen hodiè actuarii potius
est) querelas litigatorum & admonitiones ad petitiones judici refe-
rant, testes citent & probationes procurent & c. Wesf. d. loc. n. 63. Ad-
vertet autem, uti nihil contra officium designent, alioquin eos mul-
tabit, ab officio removebit, atque adeò corporaliter quandoque pu-
niet. juxta d. l. 3. ac. O. C. p. 1. c. 55. Churf. S. Lands Ord. p. 216.

§. 4.

Partibus accedunt procuratores & advocati: Quos judex peten-
tibus etiam dare tenetur, v. Wesemb. par. de postul n. 3. detrectantesque
officium publicum (aliud in procuratoribus, qui inviti non dantur.
l. 8. §. 1. de procurat. nisi in aliquo tribunali constituti sint ordinarii.
v. A. Fab. Rational. ib.) ad id pœnalibus mandatis cogere & sub perpe-
tuâ officii, ejusque exercitii privatione, vel quâ aliâ pœnâ compelle-
re. v. Imm. disp. 2. n. 36. P. Frider. 2. de process. contrah. 53. n. 8. & seqq. (quæ
eadem in notariis obtinent. ib. n. 15.) Prohibitos verò Edicto, lege, aut
sententiâ, v. Wesf. d. loc. n. 4. repellet, & ne quidem cupientibus aut non
repugnantibus partibus eos admittet. ib. n. 4. f. adeoque contra pro-
hibitionem postulantes, etiam pœnâ coercebit arbitrariâ. l. 1. §. ad-
versarius. d. 1. v. Wesemb. nu. 7. Circa eos qui admitti ad postulandum
possunt, providere debet, ne peritissimi quique ab una stent parte,
sed ut æqualiter utrinque distribuantur, ne alterutra causa ob ino-
piam boni patrocini damnum faciat. l. 7. C. de post. v. Wesemb. d. loc. n. 5.
Item ne quis detur aut personæ aut causæ infestus, vel parti adversæ
plus justo favens & amicus. l. 23. ubi Dd. C. de excus. tut. id. C. de ord. jud.
n. 14. Quod si unius sit fama præ cæteris hilarior, ex officio judican-
tis id, prout fieri poterit, parti adversariæ compensabitur. Joh. Sarer-
ber. lib. 5. Policrat. c. 13. conf. Matth. Steph. d. lib. 4. de off. jud. c. 2. & 3. Sed u-
lò etiam præcavebit, ne advocati lites datâ operâ malitiosè protra-
hant, aut scommatibus & futilibus dictæ & scripta sua per-
pliant. l. 6. §. 1. C. de post. ubi Dd. v. O. C. p. 1. tit. 18. Churf. S. Landsord.
p. 215. O. P. tit. 7. R. A. D. Lusaria p. 3. per tot. nos in tam fertili campo
multa futuræ racemationi relinquere cogimur.

SECTIO II.

*De Nobili iudicis officio in actibus primæ
partis iudiciorum.*

CAPUT I.

*De supplicatione pro citatione impetrandâ, citatione
ipsa & contumacia.*

Et hæc ferè in iudicio præparando, circa personas, officio iudicis nobili incumbunt; nunc ipsos iudiciorum actus perlustremus. Distribuantur illi à Dd. à tempore, in actus litis contestationem antecedentes, consequentes, & ipsius litis contestatæ. Primæ partis decem veluti membra constituit Maranta in speculo. *vid. C. A. de jud. 11. 148. (quæ Vultej. 2. I. Prud. Rom. cap. 27. ad dixolopiar revocat)* & primò locò collocat CITATIONEM. Quia verò iudex neminem citra postulationem litigatoris citare debet in causis privatis. *Wesemb. de in jus. vocand. n. 3. circ. fin. (diversum in causis publicis, & nonnullis aliis, vid. P. Frid. lib. 1. de process. extr. c. 1. n. 8.)* Ita ut ex actis apparere debeat, citationem ad petitionem partis factam fuisse, *vid. Gal. 1. O. 10. n. 4.* Ideò præmittitur meritò caput de supplicatione pro impetrando processu, *Vmm. disp. 5. de process. continuat. quod malè ommissum ab iis qui de processibus scripserunt, P. Frid. 1. de process. extr. 1. n. 3. ostendit.* Tametsi Marantæ methodus, ita excusari possit, quod libellus (*de quo ille 3. loco tractat*) vel sit processuum extrahendorum, vel actionis & meritorum: quorum iste citationi posterior est, *v. Frid. d. loc. c. 2. ut adeo de utroq; conjunctim tractare non inconueniens ipsi visum fuerit. Vultej. d. loc. conf. O. C. part. 1. t. 22.*

§. I.

Postquam ergò actor iudicem adiit, eique controversiam exposuit, & petit, ut reum in iudicium vocet, causæ cognitionem & determinationem suscipiat, *conf. Churfürstl. S. Appellation Ord. sub tit. von außbringung der Ladung. §. vnd sollen in der Supplication. mihi pag. 36. O. C. p. 2. tit. 2. memorial. Iudicum & adfessorum anno 59. §. der Procuratoren. Iudex supplicanti benignas aures præbebit & causam sicuti summarie & breviter ei exponitur, cognoscet, D. Horst. 4. Iurispr. Trib. c. 16.* Etsi verò informes & inordinatas supplicationes, ubi vel in narratis vel in petitis quid desit, iudex reiicere debet, *decernendo juxta stylum, auff vorbrachte narrata, abgeschlagen / oder wie gebettett*

betten abgeschlagen / N. A. zu Spener Anno 70. §. vnd außsondern pag.
614. tamen hac in re non nimium scrupulosus erit. P. Frid. d. lib. 1. c. 6.
num. 7. & cum supplicationes omnino reiiciendæ veniunt, ita hoc
fieri debet, ut supplicans ex decreto rejectionis facile possit adverte-
re, quemadmodum supplicationem debeat emendare, *ib. n. 8.* Quan-
tum verò potest, animò investigabit, utrum petitio actoris iusta sit
vel iniusta: si iusta videbitur, perpendet, an jurisdictionem habeat in
reum & an agenti actio rectè competat, *Horst. d. loc.* Quod si liqueat
reū nec ratione domicilii, contractus, rei sitæ, causæ continentia &c.
jurisdictioni subiaci; vel ipsi petenti actionem non competere, pe-
titam citationem & processum denegabit, v. *Gail. 1. O. 31. nu. 4.* & ne-
quidem periculò partis decernet, *idem. 1. O. 19. n. 7. in fin.* Repellet ita-
que prohibitum agere, v. *Asin. de execut. d. §. 3. c. 67: 71. 76.* Excommu-
nicatum, c. 68. Bannitum, 96. calumniatorem, 70. Indignū, 78. proce-
dentem ex literis subreptitiis, 79. agentem cōtra tres conformes sen-
tentias, 82. aut aliàs nulliter, 83. item non habentem actionem, 54.
vel ante diem agentem, 56. &c. E diverso, si competentem se esse judi-
cem & querelam actoris jure fulciri comperit, in decernendis
processibus non difficilem & morosum, sed benignum & promptū
se præstabit. P. Frid. 1. de process. 14. n. 2. vid. *limit. n. 6.* adeoque diem ju-
dicii actori dicet, & quoad reum, citationem decernet, *Horst. d. loc. in
fin.* quod etiam facere poterit eò, casu quo dubium fuerit, an jurisdic-
tio fundata sit: Ubi tamen tutius facturus est, si clausulam addat,
periculò supplicantis. *Vultej. d. loc. Gail. d. O. 19. n. 7.*

§. 2.

Cum autem duplex sit citatio, Realis & Verbalis, *Wes. par. in jus
voc. in fin.* Realem, quæ fit manus iniectione seu apprehensione, non
facile decernet, nisi in criminalibus, *Wes. ib. n. 5.* In civilibus non item,
nisi metus sit fugæ, *Gail. 2. O. 44.* vel quando periculum in mora est, vel
quando causa dilationem non patitur *Horst. d. cap. 17.* quod quomodo
obtineat, vid. *Coler. 1. de process. executiv. 4. n. 7.* Aliàs sufficit verbalis,
quæ vel vivâ voce apparitoris, vel scripto expeditur: Tametsi verò in
arbitrio judicis sit utralibet uti, *Marant. part. 6. d. citat. n. 74.* attamen
certi casus annotantur à Doctorib. qui necessariò scriptam citationem
desiderant, quos vid. *apud eundem n. 75.* & *apud Asin. §. 6. cap. 7. memb. 1.*
quomodo & in judiciis superioribus ista magis usitata est, *d. t. 4. O. P. E.
Sax. pr. ib.* Dicitur Citationes alio Stylisiren vnd formalisiren. Scriptum
autem vel cuique ad ædes suas mittitur, veluti cum in dissitis locis si-
tus est reus, constat autem ubi commoretur, *Horst. d. loc. vcl edictò pu-
blicè*

blicè propositò aut per proclama citatur, cum in dissitis locis est, igno-
raturque ubi degat, vel in locis non tutis: Atq; hæc edictalis vocatur
citatio: Ad eam vero iudex pervenire non debet, si aliæ sufficiant. *vid.*
Gail. 1. O. 57. Berlich. 1. concl. 12. per tot.

§. 3.

Enimverò quia Citatio prima pars fundamentalis processus exi-
stit: § *ult. I de pæn. tem. litig. vid. Gail. 1. O. 48.* Serio admonentur Judi-
ces à S. E. Sax. *d. cap. 4.* de citationis tum conceptione, tum conceptæ
expeditione. Ratione illius officii iudicis est, ut citationes juxta natu-
ram & proprietatem cujusque negotii ita concipiat & formet, prout
jura postulant, nimirum ut exprimatur nomen (1) citantis iudicis,
(*vid. Gail. d. O. 48. n. 6.* officii tamen nomen etiam sufficere putat
Bach. 1. disp. 4. th. 3.) (2) citati, (*vid. Gail. 1. O. 49.*) si unus: aut si
plures sint, omnium, *P. Frid. 1. de process. extr. 6. n. 12. Secus si commu-
nitas vel collegium citerur, ubi sufficit talis forma: Citamus ad instantiam
Sempronii Consulem & Senatores talis civitatis. ib. n. 17.* Sub generali au-
tem consortum nomine, isti citandi non sunt, *Gail. ib. O. P. E. S. d. loc.
vers. wörden auch mehr quin & cohæredes diversa domicilia sub eo-
dem territorio habentes, singuli citandi sunt, Gail. ib. n. 5. O. P. §. vñnd
solches / quid si sub diverso? sufficere putavit E. S. si generalis citatio ad
feudum Sax. fieret §. begeben sichs aber*) (3) ejus ad cujus petitionem fit
citatio (*vid. Gail. 1. O. 50.*) (4) causam propter quam fit citatio (*Gail.
O. 51. non tam de necessitate juris, uti contra Treut. disputat. Bach. d. loc.
tit. d. & Berlich. 1. Conclus. 10. per l. 33. de judic. quam ex usu & stylo fori
id. ib. Aliqualis certè causæ expressio sufficit. Vult. d. loc. n. 28.*) (5) Lo-
cus in quo, (*Gail. 1. O. 52.*) & (6) tempus, quò vocatus compareat;
quod debet esse & justum, habitâ ratione distantia locorum, cum ju-
dicii, tum ejus ubi citatus versatur; & legitimam quò judicialiter agi,
Vultei. d. loc. n. 31. quoque deliberare secum reus possit. *Wes. d. in jus voc.
n. 4.* nec cogatur ipse postea hujusmodi legalem terminum, per senten-
tiam decernendum, flagitare. *O. P. post pr. vid. formulam apud. Ayres. 1.
de process. 3.* Terminus iste, de jure civili est 20. dierum *Novell. 23. c. 3. d.
inf. de dilat. jure Canonico arbitrarius, argum. cap. 5. de appellat.
quod & in Camerâ obtinet; Gail. 1. O. 53. numero. 20.* jure Sax. hodi-
erno, est sex septim. & trium dierum, *Churf. S. Ap. Ord. tit. von
Ausbringung der Ladung. pag. mihi 36. §. item es sollen / ubi & illud
requiritur, ut omnes citationes fiant peremptoriè, id est, una pro
tribus, Bachov. 1. disp. 4. th. 8. pro illis enim tribus, quæ jure civili erant;
prima, secunda, tertia. l. 68. de jud. vid. Wesemb. parat. Cod. de in jus vo-
cand.*

eand. n. 5. hodie consuetudine judiciorum receptum est, ut unica cita-
tio sufficiat, quæ tantum temporis, quantum illæ tres prædictæ, conti-
neat. *Berlich. n. 8.*

§. 4.

Curia Romana teste Angelo in l. de pupillo §. meminisse. de nov. oper.
nunc. insuper aliam citandi rationem introduxit, per mandata cum
clausula justificatoria, Sic dicta, quod iudex ita mandans benè justificet se-
ipsum & nihilo partem gravet, uti vult. P. Frid. 2. de proces. extr. c. 6. n. 5.
vel potius ab ipsa clausula: Mando tibi ut rem restituas, vel si te gravatum
senseris, compareas tali die; quæ reo facultatem jus suum deducendi concedit,
quæ & Camera, *Gail. 1. O. 19. n. 4.* & alia principum consistoria utun-
tur: P. Frid. d. loc. n. 6. ita ut illicò supplicationibus adscribatur, an &
quosnam processus ad oblatâ supplicationem iudices decernant: & sic
ad Cancellariâ eâ transmittantur, ubi ex narratis libelli & inscriptionis
mandata sive processus expediuntur. *ib.* Hæc mandata per compa-
ritionem resolvuntur in vim simplicis citationis, *Gail. d. loc. n. 5.* Nam
ratione annexæ clausulæ vim citationis, ratione præcepti vim obtinet
mandati, *Frider. d. loc. c. 7. n. 3. ubi doctrinam eorum in capp. seqq. prolixè*
persequitur. Quibus autem casibus mandata talia, vel cum clausula vel
sine ea concedenda, v. C. A. de interd. th. 25. 26. 27. quæ ferè etiam obti-
nent in inhibitionibus seu mandatis inhibitoriis Saxonix, *vid. resolut.*
E. Sax. tit. vom Justicien Werck. p. 26. (den alle Hoffgerichte haben
sich entweder von einer inhibition oder klage an / I. S. in form. sent. MS.
pr.) formam procedendi super iis *vid. apud. C. A. d. loc. th. 42.*

§. 5.

Cæterùm quod ad expeditionem seu executionem citationis;
iudex eam per certos juratosque nuncios expediet, (quanquam ali-
quando vel ipse, quæ proprie monitio dicitur, *vid. P. Frid. 2. de process. extr.*
1. n. 7. & seqq. & c. 2. n. 1. ibi, monitio proprie nihil est aliud, quam citatio ad
comparendum, vel pars citare possint, jure communi. Socinus de citation.
art. 8. nu. 2. & 4. more Saxon. non item: S. A. D. d. lo. ibi. dergleichen /
damit man der insinuation vnnnd relation desto gewisser sein möge / so
sollen die citationes dem part nicht zugestellet / sondern allwege durch
einen geschwornen Boten insinuiert werden / dem ansuchenden Theil
aber / wenn er gleich zur stelle / ein sonderlicher Tagzettel gegeben &c.
in Camerâ etiam notarii immatriculati, O. C. part. 1. tit. 38. Gail. 1. O. 54.
n. 5. in fin.) illisque committendo executionem injunget, ut sedulo
advertant & referant, cui, quomodo, in quo loco, & quando insinua-
tio facta fuerit. O. P. E. Sax. tit. 4. facit 1. O. C. tit. 38. §. vnd soll der Botte.

D

Afin.



Afin. d. §. 6. c. 6. eamque relationem iudex ad acta referri curabit (jure
Cam. nuncius relationem ad finem ipsius citationis consignare, no-
tarius verò instrumentum desuper conficere debet. *Gail. d. loc. n. 6. vid.*
P. Frid. 2. de process. extr. c. 21. n. 8.) rationem S. E. subiicit, ne sc. hoc ipsis
demum postea, per peculiare sententias interlocutorias, cum dispen-
dio comparentis partis præscribendum veniat; vel processus ex capi-
te nullitatis queat impugnari. (Etenim relatio nuncii est de proces-
su, & proinde in actis apparere debet, aliàs processus non valet. *Gail.*
d. O. 54. n. 7.)

§. 6.

Quia verò sæpè fieri solet, ut Reus citationi non pareat; non ra-
rò ipse etiam, qui terminum impetravit, emanat: Ideo consequens
est, ut, quò pacto iudici in causa contumaciæ procedendum sit, vi-
deamus. Et actore quidem emanente, ad instantiam rei citatio cir-
cumducitur, *l. 73. §. 1. ubi Dd. de jud. & actor in expensas cõdemnatur.*
l. 79. pr. d. t. liberum etiam relinquitur reo, v. Myns. 4. O. 65. si vel juxta
Nov. 112. (lite nondū contestatâ) vel juxta *l. 13. §. 2. C. de jud.* (lite jã con-
testatâ) procedere velit. *Vm. disp. 6. th. 2. Dis. Gothof. ib.* in Camerâ Reo
absentiam actoris incusante, proclama fit & elapsis tribus diebus ju-
dicii, *uti habet O. C. 3. tit. 42.* vel potius sex, *ex novo decreto R. A. zu*
Spyer/anno 1570. §. demnach haben wir. terminus, ad quem citatio
emissa fuit, circumducitur: adeoque si maximè actor postea compa-
reat & justas absentia causas alleget, illa non reviviscit, sed nova ci-
tatione opus est, *v. Gail. 1. O. 59. n. 2.* Quod si verò libellus etiam exhi-
bitus, nec tamen lis contestata fuerit, reus post sex juridicas elapsas,
aut absolutionem ab instantia, (*citatò adversariò ad videndum & au-*
diendum & c. arg. l. si præses. C. quom. & quand. nisi certum tempus sit, intrâ
quod actor se compariturum promisit; ubi sine alia citatione & c.) aut lite
in contumaciam actoris negativè contestatâ, de causâ principali ut
cognoscatur: post litem verò contestatam, ut ad probationes & sen-
tentiam, quasi præsentem actore procedatur, petens, audiendus est.
P. Frid. 2. de process. c. 20. ubi. num. 15. tradit, quomodo hac, à citatione & ab
instantia absolvi, differant. Nisi de causa liquere nequeat: quò casu reus
cum expensis eadem ratione absolvitur, quâ ante litem contestatam.
Wes. ad l. 13. C. de judic. n. 17.

§. 7.

Jure Sax. si actor emanat, absolvendus est ab instantia judicii
reus, nec prius audiendus est deinceps, quàm sumptus hoc nomine
factos reo refundat, *Wesemb. parat de in jus voc. in fin. quod sequitur, die*
R. A.

R. A. D. diuina in Oberlausnir/part. 1 f. 2. & cautionem de lite prosequenda præstet. vid. O. P. E. Sax. tit. 10. pr. maximè si in territorio bonis immobilibus præditus nõ sit, R. A. D. d. loc. Congruit ius Canonicũ cap. 1. x de dol. & contum. ac. idque indistinctè, siue ante siue post litem contestatam commissa fuerit contumacia. vid. Berl. 1. concl. 17. nu. 21. conf. quantum ad contumaciam post litem contestatam commissam, Wesem. ad l. 13. §. 1 C. de iud. n. 27. ubi de multa iudici in super pendenda, & que inf. de probationibus dicentur. Quòd si actor vocatum præterea, oblatò libellò, in aliud iudicium postea vocet atque pertrahat, ipsum causã planè cecidisse pronunciabitur. VVesemb. d. loc. in parat. juxta legem fin C. eod.

§. 8.

E diverso si reus, legitimè citatus, contumax sit, lite quidem nondum contestatã, iudex procedere non potest ad sententiam ferendã: vid. Gail. 1. O. 59. n. 5. sed examinatio summariter negotiò, actorem in possessionem mittet, siquidem tota res petatur, totius rei: si pars tantum, in partem petitam. l. 7. §. 17. cum seqq. quibus ex caus. in poss. eatur. In actione verò personali, pro quantitate seu modo debiti in libello declarati. cap. quoniam. §. ult. x. ut lit. contest. Atque hoc primum decretum est, quò rei seruandæ causa immissio fit, ut tædiò affectus reus, veniat responsurus; idque tollitur, si reus post immisionem intra anni spatium veniat responsurus, cautionem iudicio sisti præstet, & expensas actori restituat, l. 8. §. pen. C. de prescr. 30. vel 40. annor. Si verò post elapsum annum denuò citatus fraudulentè latitare pergat, actor ex secundo decreto possessor constituendus est, vel etiam dominus esse iubendus, vel, quòd crebrius est, venditio decernenda. l. 7. pr. & §. 11. quibus ex caus. in possess. eatur. quòd decretum in personalibus actionibus Dd. tantum requirunt, in realibus ipsum anni decursum pro decreto sufficere dictitantes, per l. 15. §. 15. de damn. inf. ubi Wesemb. n. 6. disp. Treutl. 2. disp. 18. th. 6. in fin. utiq; actori securiùs agentis & à iudice petenti, ut certum terminum statuatur, intra quem ius suum deducturus adhuc expectetur reus, aut alius qui dominium præten dit, hoc denegari non debet: Elapsò autem statutò tẽpore, nemo deindè audiendus. VVesemb. d. loc. Porro post litis contestationem reus contumax existens, in non veniendo, olim quidem damnò litis coërcebatur, l. pen. de in integr. rest. l. 53. de R. iud. ubi v. C. A. th. 46. Jure v. recent. amittit tantum utilitatẽ termini, similiter ut actor; eoq; proceditur, instante actore, usque ad sententiam. l. 13. §. 2. ubi Wes. n. 28. C. de iudic. nisi & hinc de causa liquere nequeat; quo casu in possessionem



nem bonorum mittitur actor, ut ante litem contestatam. *c. 4. de dōl. & contum. c. ult. de eo qui mitr. in poss. & hac ferè congruunt R. A. Ord. Lusat. part. 1. sect. 2.*

§. 9.

In Camera agitur, vel (1) eodem modo ad immissionem, juxta naturam intentatæ actionis, uti dictum, vel (2) ad pœnam banni, vel (3) ad cognitionem causæ & decisionem. *vid. O. C. part. 3. c. 43.* quamcunque enim viam actor elegerit, in ea per judicem debet juvari, *ib. Gail. 1. O. 60.* At Saxonum jure nec primo nec secundo decreto locus est. *Wesemb. de damn. inf. in fin. sed contumax reus ante litem contestatam, statim post accusationem ipsius contumaciæ, damno litis mulctatur, & in petitionem adversario condemnatur, Landrecht. lib. 2. art. 9. & lib. 3. art. 39. Wesemb. de in jus vocand. in fin.* quod tamen veluti nimis rigidum hoc pacto commodâ interpretatione mitigatum est; nisi reus in proximo subsequente judicio venerit propositurus justas suæ absentia causas, seine Ehehafften: Undè licet actor simpliciter reum condemnari petat, judex tamen nihilominus, quod juris & consuetudinis est, ex officio supplebit, & ad petitionem factam pronuntiabit: Das Kläger beklagten mit seiner Klage vñnd Zuspruch biß auff Ehehafften vñnd behelffliche widerreden erstanden vñnd erlangget habe. Deinde reus ad instantiam actoris iterum citandus est, uti vel legitima impedimenta deducat & se à contumacia purget, vel sententiam condemnationis in causâ principali audiat. *O. P. d. t. 10. §. im fall aber Wesemb. ad l. 13. n. 28. C. de jud. (ib. quo iure Sax. reditum est ad jus vetus, & in tertio termino condemnatur reus in actionem cum exceptione impedimenti: in quarto simpliciter:)* Post litis verò contestationem reus frustrator tantummodo termini utilitatem amittit, aut bonorum immissionem patitur, ut jure civili. *Wes. d. n. 28.*

§. 10.

Et hæc quidem de casu quo rei contumacia perspicua sit: quod si verò reus ad emanatam citationem, vel (*ita enim legendum in O. P. d. t. 10. §. dieweil sichs entwedet: non autem uti perperam excusum est, weder.*) vel per literas vel per nuncium se excuset, & impedimenta, seu causas absentia quales quales alleget: contra eum quidem tanquam contumacem non proceditur. (*quasi verè contumax non sit qui vel hoc modo saltem comparet:*) interim quia nihilominus in præsumptâ versatur contumaciâ, in expensas actori solvendas condemnatur. *congruit R. A. Ord. O. d. part. 1. sect. 1. eò verò legis beneficio semel duntaxat juvabitur: nam si ad ulteriorem citationem rursus emanferit,*
non

non nisi relevantibus impedimentis; mit erheblichen Ehehaffter
condemnationem, ut supra, effugere poterit. O. P. d. loc. v. Wesemb. d.
n. 28. ubi quoq; de eremodicio in secundâ instantiâ, adhib. Berlich. 1. concl. 17.

C A P. II.

*De oblatione libelli, Reconventionè, Auctoris laudatione,
Auctoris nominatione, Interrogatione.*

Sequitur apud Marantam libelli causæ oblatio, quam Matth.
Stephan. antè superius caput, de contumaciâ, collocat. *lib. 5. cap. 1. nu.*
37. ut & Vultej. 2. Jurisp. Rom. cap. 30. tanquam incidens præparatorio-
rum judicii; sed quia & antè libelli hujus oblationem contingere
potest contumacia, *c. sup. §. 6.* nihil prohibet, quò minùs Marantæ or-
dinem sequamur.

§. I.

Etenim si litigantes compareant in termino & actor libellum
actionis producat, (quod ut fiat, à detrectante judex potest exigere,
c. 1. x. de libel. obl. lac. Concen. 1. q. 1. n. 1.) vel reproducat, si nimirum eun-
dem, jam antè, ad effectum extrahendorum processuum obtulerit;
judex eundem considerabit, cùm ratione substantiæ, tum ratione
qualitatis, *Vultej. 2. Jurisp. R. c. 29.* Substantiam Dd. in tribus istis col-
locant, in Narratione, causâ & petitione. *Bart. in l. si priusquam. de nov.*
oper. nunc. Narrationem sustinebit judex, si intentionem utcunque
ex ea possit colligere, accipiens verba etiam improprie & late in fa-
vorem actoris, *Obrecht. de form. lib. c. 8. n. 18.* Causa vel est remota vel
propinqua. *Obrecht. c. 11. n. 54.* & propinqua quidem causa ut expri-
matur è re fuerit, *vid. Gail. 1. O. 61. n. 2. & seqq.* si tamen vel remota ad-
fuerit, libellum admittet judex; siquidem reus contra nihil excepe-
rit. *Iacob. Concenat. 1. quest. 1. n. 34.* cum progressu temporis generalitas
illa tolli possit. *Obrecht. cap. 11. n. 57. conf. l. 3. C. de annal. except. cap. 3. § se-*
cus. de sent. & rejud. in 6. planè si causam nimis ineptam, ex qua nulla-
tenus inferatur conclusio, ad condemnationem inseruerit, libellum
reiciet, tanquam ipso jure nullum, *tas. in l. 1. n. 38. de edend. v. Gail. 1. O.*
66. n. 4. Ita quoque non recipiet libellum, ubi petitio seu conclusio
nulla est, *per l. 4. §. hoc autem. de damn. inf.* vel vitiosa: hanc enim postea
roborare non potest, *Wesemb. 1. Conf. 13. n. 6.* (certi tamen casus sunt, qui-
bus libellus etiam sine cõclusionem sustineri potest, quos *vid. apud Vmm. disp. 6.*
n. 52.) Quod si ex ea jus actoris intelligi, saltem utcunque possit, su-
stineri debet. *v. Tr. 1. disput. 4. th. 11. lit. d.* Judex enim ut circa alia libelli
vitia, ita & circa conclusionem supplere potest. *Gail. 1. concl. 66. n. 9.*

§. 2.

Ratione qualitatis respiciet (1) in genere, an libellus juxta stylum & consuetudinem curiæ suæ sit conceptus: nam contra hanc formatum reiicere potest *vid. Afn. d. §. 3. cap. 61. v. g.* Jure Sax. libellus tantum simplex admittitur. 1. *Const. El. Sax. 2.* (quam laudat ejusque rationem explicat *Vigel. im Richterbüchlein / pag 48. reg. 7. & clarius in oratione ad principes eidem libello subnexâ pag. 111.*) adeoque libellus articulatus in illo foro, etiam si pars rea nihil opposuerit, officio judicis reiici debet, *d. const. Treutl d. disp. th. 10. lit. b.* (ubi tamen, quod subiicit, in Camera Imperiali articulo libello tantum locum esse, pugnare videtur cum expresso *textu O. C. part. 3. tit. 12. §. Sum andern / tit. 13. §. penult. & antep. tit. 14. §. 1. Denais. tit. 175. Jur. Cam. n. 1.* ubi uterque & articulatus & simplex admittitur: tamen si verò postea in *R. A. zu Spener, anno 70 §. wiewol auch vermöge / constitutum sit, ut necessario libellus articulatus in ingressu litis exhiberetur super quo prius contestatio litis fieret: postea verò articuli illi positionalium & articulorum loco repeterentur, Gail. 1. O. 79. n. 3.* tamen, ea dispositio tantum eos attinet, *Die ihre Klage einmals zu articuliren gedencen: His enim injungitur ut in primo termino id faciant, alioquin via articulandi ipsis præclusa sit futura, C. A. de interd. th. 42. nu. 2.* interim summarios etiam libellos, si quis pro qualitate negotii celerem causæ expeditionem desideret, in Camera recipi, ostendit §. sequens, *ibi: da aber keine articulirte / sondern mehr ein Summari. Klage eintommen / & §. da aber nur eine Summari appellacion Klage übergeben. Quidquid sit, hodiè pleriq; omnes articulati visuntur, C. A. de jud. th. 176.*) eodem jure libellus semper viva voce ad acta judiciaria dictari & à tabellone calamo excipi debet: *vor der Kriegsbessestigung muß vom Munde in die §. der verfahren werden. 1. Const. 1. conf. Berl. 1. concl. 13. n. 29 in Camera in causis simplicis querelæ (extra eas que litis contestationem non exigunt,)* libello in scriptis opus est: in cæteris ut & appellationum causis, actorum narratorumve vivâ voce facta repetitio vicem libelli sustinet, *Denais. Jur. C. voce libellus n. 1.* (2) an sit clarus & certus an verò obscurus & incertus. *vid. Gail. 1. O. 62. n. 3.* hunc enim itidem potest reiicere, *Afn. d. §. 3. cap. 64.* vel quod æquius est declarationem libelli actori injungere, *ib. cap. 60 Gail. 1. O. 67. in fin.* aut si à parte nihil opponatur, etiam simpliciter procedere, cum ejus ratio ex factis possit declarari. *Vultej. 2. Jurisp. R. 29. n. 24.* (3) an sit sibi conveniens an contrarius: Hujusmodi enim libellum admittere non debet, *Afn. cap. 62. cum contraria allegans non sit audiendus. v. Vultej. n.*

rej. n. 59. (4) an sit simplex an alternativus: & hunc, siquidem ante litem cōtestatam nihil exceptum sit, identidem admittere potest, in processu declarandum: sin autem contrā exceptum sit, emendare eum jubebit, aliās processus erit nullus. *Zaf. ad. §. si minus. num. 3. l. de act.* Juxta communem enim, declarari ad sententiam usque libellum permittere poterit: mutari & substantiam ejus corrigi tantum ad litem usque cōtestatam, *Wes. de edend. n. 8. fin.* qua in re arbitrium judicis etiam valet. *Menoch. cas. 176. n. 2.* In summa, si de ineptitudine libelli apertè non constat, illum judex reiicere vel lacerare non debet, *Gail. l. O. 66. n. 9.* si v. planè & evidenter in forma & materia ineptus sit, *qar vnaeschickt* ita ut nullâ commodâ interpretatione possit adjuvari, tum iudex reum per sententiam ab observatione iudicii absolvere & actorem in expensas econdemnare debet, reservatâ tamen illi facultate agendi ex alia causa apta. *Gail. l. O. 67. n. 1.*

§. 3.

Post oblationem libelli reus conventus plerumque circumspicere solet, num quid & ipse postulationem aliquam adversus actorem habeat, ut ita urgentem se, vicissim eodem iudicio urgere & reconventionem, die *widerflage* / movere queat, *Georg. Schulz. Synops. process. th. 35* seu uti loquitur *tit. 30. part. 3. O. C. in das widerrecht verassen.* Eam verò ante litis cōtestationem propositam judex admittere omninò debet, *l. 14. C. d. sent. & interl. ubi Dd. c. 1. & r. t. ext. demut. petit.* imò etiam si cum litis cōtestatione proponatur, *arg. Clem. saepe, ib. in ipso litis exordio, de V. S. Nov. 96. c. 2. quod & usus habet, Vultei. 2. Jurisp. R. 30. n. 77. p. 628.* aut saltem in continenti post litem cōtestatam, *juxta O. C. part. 3. r. 30.* cujus vigore etiam post litis cōtestationem reconventioni intentatæ actor respondere tenetur, coram iudice rei conventi; sed distinctè & separatim, ut non opus sit eodem tempore eas vel tractari vel finiri. *vid Vm. disp. 10 n. 29. & 31. Bachov. 1. disput. 25. th. 13. lit. C.* quod sanè priori casu necessum est: ut simultaneò processu conventio & reconventio expediatur alternatim. *O. C. d. loc. atque adeò sententiâ eadem utraque terminetur, ib. quod nisi iudex observet, ab eo appellari potest. Trenta- cing. 2. resolur. de mut. petit. n. 10. diff. Bachov. d. loc. lit. c. disputans diversis sententiis & diverso insuper tempore utramq; causam rectè decidi, per l. 1. §. ult. qua sententiæ (ita enim legendum) sine appellat. nec quicquam interesse, sive simul, sive una post aliam expediatur: maximè si causæ diversa nec inter se connexæ sint: quod posterius etiam *Giseb. in tract. de reconventionem cap. 21. & Mind. 3. de process. 7. memb. 9. Steph. lib. 5. c. 1. n. 140.* amplectuntur: iudicis arbitrio committentes, quemadmodum diversas istas causas expedire velit.*

Sed.

Sed hæc O. C. minùs congruunt, vid. Vmm. d. loc. n. 21. Utrique si de utraque pariter non liqueat, judicem in liquida posse procedere, in ea vero quæ nondum perpurgata est, posse supersedere probabilius est, confirmaturque ex iis quæ Bachov. d. loc. lit. b. tradit: Atque hoc Cameræ usus servat. Myns. 1. O. 10.

§. 4.

Jure Sax. Reconventio propriè sic dicta (qua scilicet actioni seu conventioni instituta cognata est,) regulariter locum non habet, Treut. 1. disp. 25. th. 14. lit. d. (quomodo rectius nos loqui putamus, cum D. Augusto 1. const. 7. quàm si inverso ordine dicamus, cù Dn. Berlich. 1. concl. 22. n. 7. reconventionem semper in foro Sax. locum habere, sed non ita ut statim in primordio litis discutatur; siquidem forma reconventionis in eo consistit, ut statim in ipso conventionis exordio proponenda, simultaneo processu discutienda, eademq; sententiâ finienda sit: atque aded tunc demum vera reconventio esse dicitur, quando in puncto conventionis proponitur. Vultei d. lo. post nu. 76. conf. Hillig. 17. Donel. Es. 9. lit. b. m.) etsi reus libellum peculiarem porrigere & reconventionem seorsim velit exercere: actor enim nullatenus ipsi respondere tenetur, priusquàm conventio fuerit excussa & finita, d. const. Elect. 7. ubi ratio, O. P. t. 6. quò factò demum actor coram iudice rei stare & respondere tenetur, nec privilegiò fori illius jurisdictionem potest declinare, O. P. d. t. §. 2. congruit usus patriæ nostræ R. A. Ord. part. 2. p. 32. b. ibi, das dem beflagren noch erfolgter Bezahlung &c. quam ipsam ob causam actores in iudiciis Saxonis, ad instantiam & petitionem rei, satisfacere de refundendis expensis & litis damnis, in eventum succumbentiæ; itemque de stando & respondendo in eodem iudicio, in casu propositæ reconventionis, tenentur: d. §. 2. m. Berl. 1. concl. 20. n. 3. eoque casu iudex reo certum terminum præfigit, intra quem reconventionem suam instituat, quò elapsò amplius non audiatur, sed cautio suprâ dicta simul cassetur, d. §. 2. circ. fin. Berl. 1. concl. 22. n. 63. Utrique si actor vel extraneus sit, vel bona in quæ fieri possit executio, (si actor in causa reconventionis succumbat,) nulla possideat: Reus actorem reconvenire volens, pecuniam illam in quam condemnatus est, in iudicio deponere non prohibetur: eamque actor reconventus ad se recipere nequit, nisi sufficientem priùs cautionem de solvendo, in casum succumbentiæ, præstet. O. P. d. loc. §. 1. dummodo reus (1) probabiles causas, quod non calumniosè de positionem exigat, priùs deducat, & (2) libellum reconventionis simul illicò offerat. O. P. d. loc. Berl. n. 60. Atque hæc de reconventionem propria: quod ad impropriam (diversam ab instituta conventionem, seu ex causis planè separatis descendentem) Jur. Sax.

Sax. statutum est, ut unaquæque coram iudice competente institui & admitti debeat, alterâ alteram non impediente, nec obstante, quod conventio adhuc pendeat & nondum finita sit, *d. Const. 7. §. fin. Berl. d. loc. n. 7. Vbi quæ causæ connexæ & separatae sint habendæ, iudicis arbitrio discutiendum relinquit, cum Dd.*

§. 5.

Quia verò plerumque evenit, ut is, qui de prædio vel aliâ quadam re empta, aut aliâs acquisita judicialiter convenitur, roget & postulet, ut auctori suo lis denunciatur, *O. P. t. 14. pr. ad eum effectum, ut possit contra ipsum habere recursum de evictione, l. emptor. C. d. eviction. eamque tutum sit facere ante litem contestatam, Maranta hic pr. vidè de ea hoc loco videndum est. Nam Dd. communiter tradunt, quod si causam reus habeat onerosam, litem denunciare possit in quacunque parte processus, dummodò fiat ante conclusionem in causa, per leg. 29. §. ult. de evict. si vero lucrativam (in quâ non indistinctè datur evictio, l. 2. ubi Dd. de eviction. vid. Wesemb. de donat. n. 7. post. pr.) omninò ante litem contestatam denunciationem facere teneatur. per l. 29. §. 2. de legat. 3. ubi Br. n. 4. Wes. C. de jud. n. 7. eamque distinctionem defendit ex recentioribus Bachov. 2. disp. 2. th. 7. lit. a. In dubium verò vocat post alios Vmm. disp. 11. n. 29. Nevvenhan. disp. de eviction. th. 25. nullam inter denunciationem legatarii & emptoris hoc loco differentiam agnoscens & dictum §. 2. de leg. 3. cum temperamento illo accipiens, si sc. nihil adhuc de jure suo imminuto auctor conqueri possit, quod eousque fiat, donec jus probandi & alia salva ipsi sint atque integra: non improbabiler. Quicquid sit: ipse Wes. in l. 1. C. ubi in rem act. nu. 39. testatur necessitatem ante litem contestationem denunciandi, nec jure probari, nec usu servari; sed denunciationem quolibet tempore ante publicatas attestaciones fieri posse, Treutl. 2. disp. 2. th. 7. lit. a. imò etiam post sententiam, in causâ appellationis: modò eo tempore jura defensionis integra sint. Covarruv. 3. var. resol. 17. n. 8. C. A. de evict. th. 9. Iudice decernente & denunciato ad instantiam denunciantis citato, ut liti motæ adsistat. Vmm. d. loc. nu. 30. & 31. Transmissio libellò iudici exhibitò, vel citatione sibi factâ, quod sufficere putat, Treutl. ib. Vulsej. add. l. 1. C. ubi in rem act. n. 55. vel in super actorum omnium, quod nò nulli volunt, per Clem. causam. de election. l. 4. C. quæ res pign. obligar. reclamante Vulteio d. loc. qui nullo id juris textu probari ait: & Treutl. d. loc. Certè Covarruv. d. loc. n. 3. minimè illi opinioni suffragatur, aut in foro servandâ esse contendit, quæ omnia acta vult trāsmitteri, quod non nemo ipsi imputat: sed contrarium potius: sc. sufficere solennem denunciationem, cum testimonio citationis & libelli exhibitivi. Quæ tres distinctæ controversiæ confundendæ non sunt. Moribus hoc servatur, ut auctor de toto processu certior fiat, præterquam ut acta omnia mittantur. Wes. d. loc. n. 36.*

E

In



§. 6.

In foro Sax. hoc expressè sancitum est, ut denunciatio & ant
& post litem contestatam actori fieri possit, O. P. d. t. 14. pr. in casibus
ubi regulariter jure admissa est, de quibus Berl. 1. conclus. 24. n. 38. & seqq.
Vm. d. loc. th. 7. eiq; copia, omnium à litigantibus hæctenus actorum,
unà transmittatur, d. O. P. (partim ut intelligat successori verè motam
esse litem, partim ut secum deliberare possit, quid de postulata defensione de-
beat statuere. Vm. d. n. 30.) sumptibus ipsius denunciantis, quos tamen
post finem litis actor repetere potest. A. Tessaure. decis. 218. nu. 2. sub fin.
Et priori casu, quo denunciatio in primo statim termino ante litis
contestationem fit, reus ad litem contestandam præcisè adstringen-
dus non est; sed in causa super sedendum, & reo induciæ usque ad
proximum terminum indulgendi sunt, cum præcepto tamen, ut in
proximo termino adfit, litem sine dilatione contestaturus, d. pr. in fin.
quod si denunciatus in termino ad defendendum præstituto non
compareat, judex causam principalem propterea non patietur dif-
ferri ulterius; sed reus nihilominus procedere, litem contestari &
alia quæ de jure requiruntur, facere tenebitur, O. P. d. loc. §. 1. cum vi-
stius denunciationis authorem ad evictionis præstationem, l. 1. &
42. cum seqq. de evict. l. 17. & 22. C. eod. non minus quàm ad expensa-
rum refusionem habeat obligatum, d. l. 17. Wes. ad d. l. 1. n. 47. & 48. id-
que judicis officio, etiam si emptor petere omittat, contineri volunt
Dd, vid. Treutl. d. disp. 2. th. 8. lit. e. quod aliis vix admittendum videtur:
nisi potestati clausulæ illius consuetæ (peto mihi jus & justitiam admi-
nistrari omni meliori modo) hoc tribuamus, vid. Nevenhan. d. loc. th. 35.
Tametsi verò denunciatus compareat defensurus denunciantem;
propterea tamen iste è lite dimitti non potest, d. l. 1. C. ubi in rem act.
sed in eâ permanet, ut sententiæ etiam executio contra ipsum fiat,
O. P. d. loc. 1. §. 2. Berl. 1. conclus. 24. n. 105. Et hæc de authoris laudatione.

§. 7.

Quod si conventus re non suo, sed alterius nomine possideat, (ut
depositarius, comodatarius, colonus & alii qui recensentur à C. A. de adquir.
vel am. pos. §. 7. n. 7. & seqq.) sciendū est talē, omninò nominationē au-
toris seu Domini (tanquam exceptionē dilatoriā) ante litem contestatā
facere debere, (alioquin judicium contra ipsum etiam alieno nomine deti-
nentem, veluti contra eum qui se liti obtulit. l. 25. de R. V. tenebit. Wesemb.
comment. C. de judic. num 59.) nec nominare tantum sed & petere, ut
Domino fiat dictati judicii denunciatio, Auth. que in provino. fin. C. ubi
de crim. agi oport. per ipsum judicem, impensis tamen conventi: atque
interim dum denunciatio ad notitiam Domini perveniat, in causā

superfedendū. Quando verò nominatus comparet, vel per se vel per
alium, nominans sine expensarum refusione ex lite dimittendus &
processus contra nominatum & verum dominum continuandus
est; *d. O. P. l. 14. fin.* si verò non comparet, iudex tribus edictis (vel po-
tius unò peremptoriò) citare ipsum debet, qui si porrò contumaci-
ter emanat, iudex (1) summam actoris jus discutere, eòque perspe-
ctò, ipsum (2) in possessionem rei petite debet inducere, (3) illi nomi-
nato tantisper facultate, petitoriò rem repetendi, relicta, dum res il-
la nondum fuerit præscripta. *vid. hæc latius declarantem Berlich. d. loc.*
num. 124.

§. 8.

Quemadmodum verò olim interrogationes apud Prætores in
jure fieri solitæ erant: (*vid. C. A. h. c. th. 6.*) ita etiã hodiè ante litè con-
testatam quandoque interrogationes fiunt, imò deinceps etiam in
quacunque iudicii parte. *l. si sine. l. procurator. de inter. act. cap. fin. 30. q. 5.*
Ido. Concen. 1. quest. 1. num. 2. Tametsi enim Jctus. *in l. 1. §. 1. de inter. act.*
perhibeat illis hodiè nos non uti, cum nemo cogatur de jure suo an-
te iudicium aliquid respondere: Tamen ipsæ interrogationes pro-
pterea sublatae non sunt, quæ non per actiones sed officio iudicis
exiguntur, sic v. g. qui petitione hereditatis convenitur, potest inter-
rogari (*ne iudicium initio reddatur irritum*) utrum pro herede vel pro
possessore possideat? *l. 12. d. petit hereditat. vid. C. A. th. 45. Rain. Cors.*
3. indag. 16. duplex autè fit in iudiciis interrogatio: altera à litigatore,
altera à iudice: & litigator quidem interrogat actionis præparandæ
gratiã: iudex verò meritorum causæ excutiendorum ergò, & ad sen-
tentiam præparandam. (*nam parti de meritis causæ interroganti adver-*
sarius respondere non cogitur, Dd. in l. 1. pr. de inter. act.) itaque ille ante;
hîc etiam post litè cõtestatam interrogare potest, variè & ex arbi-
trio planè suo. *vid. Wesemb. ad l. 9. C. de jud. n. 4. & seqq.* nam in genere
ubi æquitas suggerit, iudex ad instantiam partis, imò nonnunquam
proprio motu, ad suam instructionem; *l. penult. d. t. Wesemb. d. loc. C. n.*
60. & ad l. 9. eod. n. 4. A sin. d. §. 3. cap. 108. quin & post conclusionem in
causâ partes potest interrogare, ad declaranda dubia circa merita
causæ emergentia, idque ex officio suo, *id. c. 45. Gail. 1. O. 108. n. 3.* (*cum*
enim ad probationem faciat interrogatio, non potest fieri per partem, vel ad
eius instantiam post conclusionem. cap. cum dilect. de fide Instrum. H. Hart-
man. 1. O. 5.) excipiuntur tamen casus nonnulli quibus interrogatio-
nes fieri non possunt, quos ut apparet, è Maranta, hîc n. 4. *summam col-*
legit Vultej. 2. Jurispr. R. 30. n. 37. vid. C. A. h. c. th. 9. Comparantur autem
E 2 istis

istis interrogationibus hodie positiones, quæ demum lite contestata
fiunt. C. A. hic, th. 22. add. Gail. 1. O. 82. de quibus inf. suo loco. Sanè in
foro Sax. cum interrogationes istæ, Wesemb. C. de R. V. n. 80. tum posi-
tiones dictæ, non frequentantur. idem hoc. t. fin. vid. I. Schulz obs. forens.
4. num. 10.

CAPUT III.

De Satisfatione, Exceptione & compromisso.

Deinceps Maranta de satisfationibus agit; sed quia illæ demum
interponi solent, quando iudicium jam subeundum est, quod per
exceptiones potest declinari vel differri: Idè de istis prius agendum
esse videtur: maximè cum & satisfationes, species sint exceptionum
dilatatoriarum. Harum aliæ personas attinent, aliæ ipsam causam.
Personas inquam, vel iudicis vel litigantium. Iudicis personam vel
per se & directò, cum ea ut suspecta vel inhabilis recusatur, (unde ex-
ceptiones recusatorie dictæ) vel per occasionem personæ, ratione fori
quod declinatur, (unde declinatorie vocatæ,) veluti incompetens, non
tutum, inhonestum, &c.

§. I.

De quibus hoc loco illud habendum est: quod super exceptio-
nibus fori declinatoriis cognoscat idem iudex, contra quem de in-
competentiâ excipitur, l. 2. §. sed si. de iud. Ita ut partem victam etiam
in damna & interesse queat condemnare, Clem. 1. de rescript. Gail. 1. O.
34. n. 4. Secus est in recusatoriis, quæ personam iudicis afficiunt &
inhabilem reddunt. vid. Gail. ib. n. 6. (quò locò admittimus distinctionem
Doctorum, ut ordinarius, etiam iure Can. recusari possit: non item iur. Civili.
vid. Treutl. 2. disput. 26. th. 2. lit. C. ad hoc scilicet ut removeatur, sed ut alius
ei adjungatur. Vultei. d. cap. 30. n. 33. & seqq.) Atque si iudex ab arbitris
suspectus pronunciatus fuerit, omni iurisdictione, quoad illam cau-
sam, privatur & cognitio de meritis causæ ad adiunctos pertinet, iu-
re Civ. iure Can. ad superiorem. vid. eund. Vultei. ib. n. 91. si verò iudex
spretâ hac exceptione in causa nihilominus procedat; processus nul-
lus reputatur. id. n. 93. Ad litigatores respiciunt exceptiones legiti-
mationis personæ vel agentis vel rei. vid. Vmm. disp. 7. th. 3. Ad ipsam
causam etiam pertinent exceptiones quam plurimæ, quas vid. apud
Treutl. d. loc. th. 4. Hoc locò de illis in universum sciendum (1) quod
tantum ante litem contestatam propositæ audiendæ sint: postea ve-
rò non admittendæ. l. ita demum. ubi Dd. C. de procurat. Wesemb. parat.
de postul. n. 1. (2) quod eas iudex non suppleat. l. un. ubi Castr. n. 4. C. ut
que.

quæ desunt advocat. (uti nec exceptiones alias, aut replicationes. post Ias. Wes. ad l. 2. C. de judic. in fin.) nec ex officio attendat, ut secundum illas, non allegatas, pronunciet: cum positæ sint in arbitrio litigantiû, non iudicantium, uti Cui. ait in Papin. ad l. 14. de publ. in rem act. sanè si aliqua ex actis appareat, v.g. ex libello agentis manifestum sit, præscriptam esse iniuriarum vel similem actionem temporalem, eiusmodi exceptionem iudicem non tantum supplere posse, vid. Bellon. 2. disp. 10. nu. 1. sed debere, voluit Wesemb. in parat. C. de exc. ption. nu. 8. (quæ ad verbum penè translata sunt in supplem. Schn. I. eod. t. n. 8.) quod multis non probatur. vid. Vmm. disput. 8. n. 55. arg. à terminis fortioribus: nimirum quod nec excusationis exceptio, ut maxime juris sit, à iudice suppleri possit, juxta Gail. 2. O. 27. n. 4. Utique in b. fidei iudic. quibus exceptiones insunt, sententia Wesembecii non videtur reiicienda: qui etiam exaudiri potest in terminis, in quib. versatur, nimirum cum ex actis iudici apparet, actionem ipso iure esse sublatam per præscriptionem, & sic illum sine iure experiri; namque ubi actor sine actione agit, ibi non dubium est, quin iudex ex officio reum absolvere & actorem repellere debeat: ita ut si reus condemnatur, iudex illi de syndicato teneatur, ex doctrina Ias. ad l. ubi pactum. 40. C. de transact. n. 19. quod tametsi in Cam. non obtineat, teste Myns. 3. O. 28. & Meichsn. 3. decis. Camer. 13. n. 65. jure Sax. tamen disertè introductum & sancitum est. 1. Cost. El. 25.

§. 2.

Porro (3) iudex certum terminum potest statuere, in quo simul omnes exceptiones dilatoriæ proponantur, ita ut eò elapsò ad ulteriorem illarum allegationem reus non admittatur, idque non tantum de jur. Can. cap. pastor. x. de exception. sed etiam (de quo nonnulli dubitant.) Civili, arg. l. qui pro trib. 2. de re judic. vid. Vmm. d. disp. 8. n. 60. Hinc & jure Camerali sancitum est, ut reus omnes suas exceptiones in secundo termino simul & conjunctim proponat, litemque eventualiter contestetur, nec alias deinceps cum illis à iudice audiatur; O. C. part. 3. t. 13. §. ult. idq; abbreviandarum litium causam statutum est, Treutl. d. disp. rh. 8. lit. a. Jure Saxonum omnes exceptiones dilatoriæ in primo statim termino simul & semel proponendæ sunt, & lis in eventum contestanda, in prima etiam vel certè secunda positione; (nam si in ultimam positionem hoc reus distulerit, in expensas retardati processus à iudice condemnandus venit,) ut actor eodem termino desuper possit audiri, O. P. t. 11. pr. nisi insignis & momentosa fori declinatoria à reo prætendatur, quo casu eventualem litis contestationem

omittere ipsi integrum est, donec super illâ declinatoriâ fuerit pronun-
ciatum, *ib.* §. 1. De illa verò conditionali seu eventuali litis conte-
statione iudicandum non est, sed ea suspensa est relinquenda, donec
super dilatoriis cognitum fuerit & conditio ita purificata, §. 2.

§. 3.

Dilatoriæ exceptiones etiam sunt satisfationis & guarandæ
des Borstandes vnd der Gewehr. *Wesemb. parat. C. de except. num. 4.* de
quibus iam agendum est, cum in iudiciorum ingressu usitatae sint &
necessariæ, *id. parat. qui satisf. cog. n. 1.* si nimirum à parte petantur:
aliàs enim decerni à iudice non debent. *vid. Wesemb. id. loc. n. 3.* Interest
autem an litigantes in iudicio compareant per se vel per procurato-
res: Et actor quidem iure Civ. novissimo cavere debet de lite profe-
quenda, id est, quod (1) intra duos à tempore porrecti libelli menses,
cum eo litem contestari & damnum eidem in duplum, usque ad
quantitatem 36. aureorum velit restituere, *Nov. 96. cap. 1.* ac iudex ob-
latum libellum contra reum dirigere prius non posse videtur, quàm
cautio hæc ab actore præstita fuerit, *Gothofr. ad auth. libellum, C. de
lit. contest. (2) quod usque ad finem in lite permanens sit. Nov. 112.
cap. 2. (sed ambæ hæc cautiones in usu esse desierunt. Sichard. ad d. auth. n. 4.)*
(3) si succumbat, se expensarum nomine, x. litis partem refusurum,
*d. cap. 2. (moribus verò quantum expensarum nomine caveri debeat, iudicis
arbitrio ferè relinquitur, Vmm. disp. 9. n. 11. fin.) Treutl. 1. d. 5. th. 3.* Reus
verò cavere debet iudicio sisti, id est, quod usque ad terminum litis
in iudicio permanere & sententiæ adesse velit, §. 2. *I. de satisf. cap. dif-
feratur. 3. quest. 3. (& præterea ex Dd. sententia, si de re mobili con-
veniatur, de illa nõ baratanda, i. e. dilapidanda vel alienanda, v. VVes.
i. cons. 7. n. 7. ab Italico barattare, quod commutare significat. Idque passim
usu receptum, ita demum iuri congruere putat, Vmm. n. 15. si reus su-
spectus sit, neque, iudicio sisti, possit satisfacere.)* Enimverò huic sa-
tisfationi effectum convenire videtur, quod hodie, ommissa satis-
fatione, plerisque locis coguntur litigatores domicilium in terri-
torio, ubi agitur, eligere, ut citari & nisi respondeant, pro contuma-
ciis haberi iudicarique possint. *VVesemb. parat. d. t. qui satisfac. co-
gantur. n. 6.* In Camerâ, si extraneus subditum Imperii convenire ve-
lit, idoneâ ei in Imperio satisfatione cavere debet. *O. C. p. 3. t. 49. §. f.*

§. 4.

Jure Saxonum tantum ab actore (non etiam à reo, à quo hoc
iure nulla planè cautio desideratur,) cautio pro expensis & recõven-
tione, iuxtaque tuitio (quam guarandam vocant) exigitur, *VVes.
d. loc. n. 3. & n. 6. ib. in fin. sc. eò casu, quo bona immobilia non po-
ssi-*

det in provincia, *const. Elect. 5. part. 1. ib.* der so vnter einer frembden
Herrschaft eines andern Herren ist / vnd in vnserm Landen flagen
wird / soll den Vorstand bestellen. Nam si talia bona in provincia pos-
sideat, eaque iudex (*ita l. pro reus, ap. Treutl. 1. d. 5. th. 4. in fin.*) pro cau-
sa & rei in iudicium deducta qualitate sufficere ceseat. *O. P. cap. 13. §.*
wie hoch aber / à satisfactione relevatur, *d. const. 5. ib.* soll den Vorstandt
vor die Expens / vnd zur widerflage bestellung nit schuldig sein. *Treutl.*
d. loc. lit. g. Quod enim alicubi receptum est, ut eiusmodi possessor
hoc nomine bona sua omnia pignora expressim cogatur, *ex doctri-*
na Bart. & com. vid. Ias. ad l. 1. qui satisd. cogatur. n. 20. veluti supervacaneū
in terris Saxonis non servatur. *d. const. 5. ib.* so soll er auch nicht ge-
drungen werden einige gunst vber die Güter &c. cum absq; hoc præ-
torium pignus in his ex contumacia facile possit induci. *Wes. parat.*
d. loc. n. 11. Sanè cautionem de guaranda id est tutione suæ actionis
præstare tenetur, priusquam reus ad illam respondeat: idque non so-
lum in actis verbaliter, sed & *juxta const. 4. part. 1.* realiter, actu corpo-
rali: in appellationum quidem iudicio secretario feudorum, in iudi-
ciis provincialibus protonotariis, & in aliis iudiciis actuariis, qui id
ipsum majoris certitudinis causa illicò, ad acta referre debent. *O. P.*
cap. 12. eam verò reus etiam petere, nec iudex ex officio injungere de-
bet, *Berl. 1. concl. 19. n. 14. I. Schultz. in O. Forensi. quest. 15.* quod si is depre-
hendat, actorem hanc, sine causa, præstare recusasse atque ita proces-
sum ipsum retardasse, reum autem, vice versâ, litem contestando ci-
tationi paruisse: actorem in expensas damnare, & per sententiam
ipsi debet imponere, ut suò quoque locò, quæ ab ipso requiruntur,
præstet. *O. P. tit. 11. §. da sichs auch besinde 3.*

§. 5.

Quia verò litigaturo cuique liberum est, ut vel ipse compareat
vel per procuratorem; adè ut iudex, cum primis inferior, non possit
aliquem præcisè citare, ut ipse compareat; nisi certis ex causis: v. *Vul-*
rej. d. cap. 30. n. 4. imò hodie iudicia civilia pleraque ita ordinata sunt,
ut causæ per procuratores expediantur, *id. ib. n. 22.* unde iudex peten-
tibus procuratores ipse constituere debet, ex sententia *Dd. in l. 1. §. 1.*
de postul. (*conf. tamen Wesemb. de procurat. n. 4. cui hoc iuris sententia con-*
venire non videtur: certe jure Sax. si mulier curatorem ad litem non habeat,
aut maritum, den Ehelichen Vormunden / aut extraneum, cinem fric-
gischen Vormunden / vid. Treutl. 1. disp. 9. th. 4. c. ad officium iudicis perti-
net, ut ipsi tam ad agendum, quam ad defendendum, etiam partibus non pe-
sentibus, illum constituat. Const. 15. part. 2. §. derowegen. O. P. 2. 8. §. da sie
aber.

haber. vid. Georg. Schults Synops. process. th. 19.) planè eos, qui mandatum susceperunt, illud absolvere & exequi coget. vid. eund. de procur. num. 8. Adeoque de eorum cautione notandum est: quod, siquidem mandatum habeant, idq; sufficiens, hoc satis sit, nec de rato satisfacere compellantur. l. 65. d. procurat. l. 1. C. eod. O. P. t. 7. pr. (ubi namq; mandatum certum est, rati habitio nunquam est necessaria. l. un. C. de satisfacat.) nisi defensionis fortè nomine, vid. Wesemb. parat. d. procurat. n. 6. si verò mandatum sit insufficiens, incertum, dubium, mutilum &c. cum cautione rati eosmittere poterit, §. fin. l. de satisfacat. Treutl. d. disput. 5. th. 5. c. v. A. Fab. C. de procur. def. 10. & 15. quod in Camerâ usque ad litem contestationem procedit: ad litem enim contestandam, non nisi pleno cum mandato admittuntur. O. C. part. 1. t. 21. §. weiter setzen vñnd ordnen wir / cum jure Sax. simpliciter ad totum processum admittantur, qui ita de rato cavent. O. P. d. t. 7. §. da auch etwann. Si verò mandatum nullum habeant, tum à parte actoris procurator, ne quidem cum satisfactione admittendus est. cap. alii quidem. de procur. congruit Ins. Sax. O. P. c. 7. pr. ubi subiicitur, so ein Advocat ohne ein Mandat sich vnter stünde zu ver setzen / sell das einbringen / wans gleich vom gegenheil nicht gefochten würde / auß richterlichem Ampt verworffen / vñnd der Advocat / anfangs vñnd fünf Thal'er &c. gestraffet werden. Nisi persona coniuncta sit, quæ sub cautione rati admittenda est, l. 35. d. procur. ubi VVesemb. n. 4. f. l. 12. & 21. C. eod. iterum VVesemb. parat. rem rat. hab. in f. quod itidem probat Treutl. d. th. 5. lit. E. O. P. d. t. 7. §. wir lassen aber gleichwol &c. imò etiam sine cautione, quando immobilia in territorio eo possidet, vid. I. Schults. O. 1. n. 33. quod nescio an d. §. verba extrema permittant ibi: jedoch daß sie in allwege / noch in demselben Termin cautionem rati wirklich bestellen: conf. Treutl. 1. d. 9. th. 7. lit. f. (ubi jure Sax. indistinctè usu servari tradit, ut maritus uxoris nomine agens, per cautionem rati vel mandatum sese habitare teneatur. vid. Vm. disp. 9. n. 30. post. pr.) Moribus Saxoniae, eò casu, quò principalis actor bona immobilia in loco iudicii non possidet, indistinctè procurator satisfacere cogitur, non quidem de rato, sed de expensis, & reconventionem. VVes. d. n. 6.

§. 6.

Rei procurator etiam indistinctè satisfacere cogitur iudicatum solvi, §. 5. & 6. l. de satisfacat. vid. Treutl. d. loc. lit. H. in personalibus in super iudicio sisti, vid. eund. 1. d. 5. th. 4. fin. Sed in hisce omnibus, (ut & in aliis iudicii partibus) cuiusque fori usus diligenter attendendus est: qui tamen nunquam eò usque extendendus est, ut qui alienò nomine litigat,

gat, id sine potestate à principali sibi datâ, faciat, aut certè sine cau-
tione rati. Quamobrem iudex, si quid circa illam rem à litigantibus
omissum esse, appareat; ex officio, etiamsi in causâ conclusum esset,
conclusionem rescissâ, iniunget illi, ex cuius parte defectus est, ut de
potestate litigandi sibi concessa, doceat. *Vultei d. cap. 30 n. 45*. Moribus
Saxonix neque à Domino, neque procuratore hæc cautio præsta-
tur, sed mandatum vel cautio de rato sufficit. *VVesemb. de procurat.*
n. 6. fin. Quod & in Camerâ, iuxta prædicta (*de mandato*) tenet, *conf.*
deput. Abschied in Spener/Anno 1600. §. bey unsers & seqq. Sanè si pro-
curator nec de mandato docere, neque (*ubi id receptum*) cavere velit,
ex officio à limine iudicii repelli potest, *vid. Vasq. §. Ill. contr. 16. num. 2.*
Syndicus etiam, seu procurator universitatis, nullâ satisfactione one-
randus est, nisi cum de syndicato & mandato probabiliter potest du-
bitari. *vid. Wes. parat. quod cuiusque Univ. n. 7. fin.*

§. 7.

Decimum & postremum huius partis, præparatoriorum iudicii,
membrum, constituitur *litis contestatio*; ideò, quod principium iudi-
cii putetur, adeoque cum reliquis principiis tractandum sit. Cæte-
rùm eâ in re confundi videntur principia extra rem, id est præcogni-
ta seu præparatoria, cum principiis ipsius rei, id est, partibus totius
integri primis & principalibus: ut rectius ad sequens caput hæc tra-
ctatio referatur. *vid. VVes. in comment. C. de jud. n. 27.* Adnumeratur
hisce XI. loco, DILATIO, cuius variæ species à Dd. ponuntur, quarum
aliæ ante litis contestationem, aliæ post eam usu veniunt. Illæ iterùm
variè ab obiectis dividuntur, *v. Wes. com. C. de dilat. n. 13.* nempe quod
aliæ sint citatorix, (*quarum tempus, quò conventus initio ad litem conte-*
standam comparare debeat, est 20. dierum jure Novel. 53. c. 3. & 96. c. 2. §. 1.
quò actor cõtumaciter emanens citetur, 10. vel 30. juxta dicta sect. 2. cap. 1.
§. 6. Dd. aliter omnia interpretantur. Iure Sax. quaterdenas usurpari di-
cir Wesemb. ib. numer. 34. v. d. supr. de citat. §. 3.) aliæ deliberatorix,
de quibus *infr. sect. 3. cap. 1. §. 3.* Ita etiam post lit. contestat. dilatio-
nes aliæ causâ cognitâ *vid. C. A. de feriis th. 29.* dantur ad proban-
dum, de quibus *inf. cap. 2. §. 1.* aliæ ad allegandum, *nim. 30. dies, Auth.*
jubemus. C. de jud. v. inf. sect. 3. cap. 5. §. 7. aliæ ad audiendam senten-
tiam, sc. sex septimanæ, *uti docet Wes. d. loc. nisi & has arbitrarias dice-*
re malimus per Clem. 1. de Iudic. adde inf. §. 4. cap. 1. §. 4. aliæ denique ad
exequendam sententiam: *v. inf. §. ult. c. ult. §. 3. conf. de terminis Camera,*
qui hodie, ut in aliis iudiciis ordinariis, B. 1. d. 4. thes. 8. B. ita ibi quoq; stati-
solennesque sunt. C. A. de iudiciis th. 173. Item XII. COMPROMISSUM,

quod regulariter judicia antecedit, l. 30. de recept. arbitr. & hodie, moribus nostris, primus aut certe secundus à citatione actus esse solet iudicii, quò veluti prætoria olim formulâ, ita nunc iudicis auctoritate, partiumque voluntate judicia conformantur. *Wes. d. loc.* Enimverò quod *Aristoteles 8. Eth. 1.* rectè arbitratur; magistratus circa amicitiam & concordiam civium vel magis, quàm circa justitiam occupatus esse debet, & ex nobili officio nihil prætermittere, quod faciat ad reconciliationem, *Auth. si verò. C. de jud. cap. ult. de transact.* seu amicabilem inter eos compositionem, *gütliche verhör vñ verateichung. Pruckm. conf. 9. n. 30.* & si res ad arma spectet, ad concordiam etiam compellere, *vid. P. Frid. 2. de process. ext. 53. n. 34. Afm. d. §. 3. c. 134. §. 25 2. 139. 141. 187.* vel saltem ad treugam & inducias (135) idque imprimis in causis injuriarum (quibus & privata & publica pax turbari potest, *Ant. Tessaur. decis. 18. pr.*) ut ita ab ulteriori animorum exulceratione & sumtuum succrescentium mole, quoad ejus fieri potest, iudicis prudentiâ releventur, *cap. 1. de mut. petit. c. cum te consulente. 18. de officio delegati,* & sublato litium fomite dissensiones & altercationes suffocentur. l. 3. §. 1. de recept. arb. *R. A. in R. 603. §.* als wir dann vor andern & sub hac forma, concordia inter partes tentandæ, delegationes Cæsareæ plerumque expediuntur, *Gail. 2. de pace pub. c. 18. num. 6.* & in benè constitutis dicasteriis adseffores aliqui, peculiariter ad amicabilem compositionem, zur gütlichen Handlung / destinantur, *v. Winter. Parthen. litig. lib. 2. cap. 4. nu. 6. & seqq.* (ubi rationes iudici suggerit, quibus concordiam persuadere partibus debeat; nimirum si ipsis proponat sumtuum & temporis jacturam, cessationem operarum, seu neglectum functionis, molestias & incommoda litis, præstationes juramentorum, calumnias & dissidia, eventum denique litis dubium.) *conf. pr. Inst. de pæn. temerè litig. Volckm. p. 2. A. N. cap. 46. & 47. von Abschieden.*

§. 8.

Quod si amicabile composio non succedat, operam dare iudex debet, uti processus, litigantium consensu, per modum compromissi, *cap. 15. de simon. cap. 5. de off. jud. ord. in 6. Ayr. lib. 1. process. hist. cap. 2. O. 3. ubi rationes vide,* vel alium (v. g. transactionis) contrahatur & quilibet tantò citiùs suum consequatur. *O. P. d. tit. 1.* idque maximè in causis, quæ non magni momenti sunt, aut ejusmodi personas concernunt, quæ egestatis causâ sumptus litis ferre non possunt: ut quando inter magistratus & subditos vel cognatas personas contentio est: vel causæ viduarum, orphanorum, & aliarum similium personarum miserabilium tractantur: & si quæ aliæ causæ iudicem movere

vere

vere possunt, ut quantum in ipso est, litium suffragia praeveat & diminuat, O. P. d. loc. vid. d. sup. sect. 1. c. 1. §. 1. sanè invitos ad neutrum potest cogere, ib. vid. Arum. 2. decis. 1. n. nu. 72. Gaill. 2. de pac. pub. c. 18. num. 9. ubi timet, quatenus statuto sanciri posse, censent M. Ant. Blanc. tract. de compromiss. faciend. inter conjunct. quest. 1. ut conjuncti & affines, ad certum usque gradum, de litibus suis compromittere cogantur, arg. l. fratris C. de transact.) quod & in pauperibus obtinet, quibus, si juramentum paupertatis praestiterint, nimirum se vel quinquaginta florenos in bonis non habere, l. 10. de accusat. Colerus 1. de process. exec. cap. 7. n. 121. vel ut in Camera servatur, se in omnibus bonis mobilibus & immobilibus itemque actionibus tantum non habere, ut sumptus litis offerre, sportulas & salaria advocatorum solvere & alias impensas praestare queant, O. C. part. 1. t. 41. §. 78. consonat in Schurf. S. Appell. Ord. der Armen Paronen Ahd. m. p. 22. (idque in singulis causis, nisi malit promittere, quod, si ad pinguiorem facultatem redeat, omnes litis expensas refusus sit. N. A. in A. an. 66. §. f. erderst.) vel ab adversario, certis casibus (quorum XI. refert Berl. 1. conclus. 7. n. 46. §. seq.) vel extra eos, à judicio ipso sumptus debent subministrari, qui ad persequendum processum requiruntur, vid. Wesemb. de postul. nu. 3. Wehner. in voce Arme Seckel / Berl. d. loc. n. 69. & omninò judex curare debet, ut sumptibus & advocato pauperes instruatur. id. ib. n. 56. ne egestatis causâ quisquam juris sui jacturâ faciat. O. P. d. §. 2. Speckhan. 1. quest. 35.

§. 9.

Quia verò multoties cōpertū est, quod litiū amantes homines in depravatis causis beneficiō hoc abutātur, & quādo animadvertūt, litis impendia sibi ex alieno loculo subministrari, non solū illi, qui hos ipsi suppeditare tenetur, post sumptū jacturā, varias concitent molestias, P. O. d. loc. §. 3. ipsisq; suave sit, opulenti negotium facessere, & cum ipsis nihil sit, quod amittere metuant, alios interim sub dubio litis eventu divexent; jactitantes illud, gewinn ich nichts / so verlieren ich nichts. Winth. lib. 1. cap. 10. n. 30. conf. deput. Abschied / anno 600. §. dann ob wol. Idēo judicibus sedulò advertendum est, in causis pauperum, ne illi continuò absque discrimine & indifferenter suscipiantur & ad processum remittantur; sed ante omnia summariter, cum aliquali causae cognitione examinentur, ut appareat, an & quatenus actor in praetensis juribus fundetur & an verisimiliter contra reum aliquid obtinere & evincere possit. O. P. §. 3. in fin. confer iterum Deput. Abschied, d. loc. (ubi §. damit aber / disponitur, ut judices pauperes

ejusmodi, maximè si contra magistratum suum agere nitantur, severè admo-
 neant, futurum, ut si deprehendantur malitiosè agere, pro qualitate facti se-
 verè in illos animadvertatur, ipsique malitiam in corpore luere cogantur.)
 Irè §. Dan ob wol/vers. so statuiren/ quod si ab initio statim iudices de-
 prehendant, per calumniam adversarium à paupere impeti, juxta te-
 norem Const. Elect. in curia provinciali, secundum tractatus amica-
 biles, pro qualitate negotii eum repellent, (idemque statuitur §. d. datt
 obwo! adde O C. part. 1. t. 4. vnd doch in Sachsen.) à judiciis verò in-
 ferioribus negotii conditio S. Principi referenda, ejusque definitio
 expectanda venit. O. P. §. 4. pr. Quod si maximè aliquis, causâ cogni-
 tã, & jurejurandò præstitò (quod melioris probationis & evitanda dispu-
 tationis supervacaneæ gratia, ad acta referendum est. d. §. 4. f.) admissus
 fuerit; consortes tamen litis, quorum nomine nulla paupertas antea
 allegata aut jurejurando obtenta fuerit, adhærendo, illo jure frui
 haud poterunt, ne advocati, procuratores, & Cancellariæ ministri
 istis consortibus (qui forte satis locupletes sunt,) gratis servire tenean-
 tur: sed hi pro portione sua sumptus deponere jubendi sunt. *juxta*
Visit. Abschied/anno 68. §. ist auch.

SECTIO III.

*De mercenario Iudicis officio in actibus
 mediæ partis Iudiciorum.*

CAP. I.

De litis contestatione & juramento calumniæ.

Atque ita potissimos actus iudiciorum preparatorios enarra-
 vimus, & quemadmodum officium iudicis nobile in iis vertatur, ad-
 notavimus: sequuntur actus mediæ partis iudiciorum, qui à litis
 contestatione numerantur, *Gail. 1. O. 74. n. 3.* Ubi mercenario iudicis
 officio demum locus esse incipit, *l. 25. §. 8. de edil. Ed. Dis. Bart. in l. 1. nu.*
12. de Iurisd. qui omnia, etiam quæ ante litem cõtestatam sunt, huic adscri-
bit usque ad sententiam definitivam inclusivè. VVes. com. C. de pedan.
judic. n. 5 2. adhibe omninò Vultei. 2. R. I. 31. n. 1.

§. I.

Litis contestatio. Die Kriegasbestigung / tanquam principium
 formale & substantiale iudicii fundamentum, v. *VVesen. in comment.*
C de lit. contest. n. 1. 2. 3. Don. 24. comm. 1 fieri debet intra duos menses à
 porrecto libello, *Auth. libellum. C. de lit. cont.* vel potius intra 20. dies
juxta

juxta auth. offeratur C. eod. qua canonisata est in cap. inducia. §. offeratur. 3. quest. 3. (priori auth non usurpata. Wesem. n. 55. C. de lit. contest. nisi dicere prestat, aliud tempus esse reo datum, declaranda voluntatis ergo, an litigare velit necne: d. auth. offeratur, aliud cautionis de lite contestanda ab actore prestanda, auth. libellum, vid. C. A. de judic. th. 157 & 158. moribus neutrum adeo strictè observatur, propter varietatem exceptionum dilatoriarum, Wes. d. loc. ac ita demum posterius hoc attendendum videtur, si nihil sit quod reus obiiciat vel exigat ab actore, quare vel planè non, vel non nisi aliquò prestito, ad litis contestationem se convertere teneatur, vid. Vmm. disput. 12. th. 8. alias Dd. exigunt, ut post oblatum libellum competens spatium detur, quo perpurgatis exceptionibus dilatoriis, commodè ad contestationem eatur. Wes. d. loc.) utrâque parte præsentè vel saltem citatâ. vid. Wesem. n. 40. ubi actor vel productò, (actionis) vel reproductò libellò (extrahendorum processum) vel viva voce, (quæ tamen contestatio semper, ut reliquæ acta, in scripturam publicam est redigenda, cap. pen. vers. responsionibus in script. red. de jur. calum. Wes. num. 52. de jure Sax. præter ea, quæ supra dicta sunt sect. 2. c. 2. §. 2. v. Hillig. 24. D. E. 4. & c.) factum narret, & petat aliquid ex suâ narratione: reus respondeat & contradicat, vid. Wesemb. n. 5. & seqq. (ita ut plerumq; litis contestationis mentionem faciat, C. A. d. loc. th. 159. fin. V. C. ad quæ respondet, seu dicit animo litem contestandi, v. Volckm. p. 2. A. N. c. 23. form. 10. 11. 12.) quod in Camera generaliter fieri sufficit. part. 3. O. C. t. 13 §. vnd nach dem bißher. V. C. nego actoris narrationem veram esse, nego narrata prout narrantur, petita prout petuntur, v. Obrecht. de lit. contest. cap. 7. n. 13. jure Sax. specialiter ad singula puncta & partes (in effectu tamen hoc processui Camera & aliorum judiciorum convenire putat Treutl. 1. disp. 12. th. 2. lit. C. in quibus quia libelli offeruntur articulati, ideo statim cum generali formula litis contestanda, opponenda sunt responsiones,) fieri debet; alioquin judex, etiam parte non opponente & contradicente, contestationem ex officio reiicere & tanquam adversus contumacem, qui vel planè non, vel non plenè & perfectè contestatus sit, procedere debet. N. El. part. 1. Cost. 10. quin si maximè in specie ad omnia & singula capita & puncta libelli separatim responsum fuerit; id autem verbis ambiguis, dubiis & nimis prolixis, ita ut liquidò cognosci non possit, an ea factum ipsum vel qualitatem annexam concernant: Advocatus arbitrariè puniri & cliens insuper in expensas retardati processus à judice debet condemnari, O. P. cap. 16 m. qui idem si in litis contestatione defectum aliquem adverterit, ex officio eum supplere jubetur, d. O. P. circa f. v. Berl. 1. concl. 26. n. 11. 14. 15. Sanè si duo vel plures litis consortes fuerint

& ex illis unus litem ritè & sufficienter fuerit contestatus, reliqui eidem adhærere possunt verbis generalibus, cum hac declaratione; quod litem eodem modo, prout ab eorum consortibus jam tum factum sit, cum omnibus illis clausulis & qualitatibus contestatam velint: eaque litem contestatio pro sufficiente à iudice reputari & declarari debet, *D. P. d. loc. cit.*

§. 2.

Et hæc de iis qui litem contestari non recusant: detrectantes potest iudex etiam autoritate suâ compellere, assignando terminum, intra quem nisi reus respondeat, habiturus sit litem pro contestata, & processurus ulterius, *conf. Visit. Abschied. anno 56. vid. Denais. tit. terminorum præjudicium. n. 2.* defensionalium tamen viâ absenti nõ præclusâ, *ib. n. 6.* vel comminando, quod nisi reus contestetur, habiturus sit eum pro confesso. *cap. 1. x. ut lite non contest. cap. ult. de confess. in 6.* & si actor in termino comparens contumaciam rei accusaverit, iudex ita litem pro contestata potest acceptare, *Gail. 1. O. 59. n. 1. & 5. item O. 80. n. 2.* (cum sine litem contestatione alias progredi & certam sententiam super negotio ferre non possit, *l. un. ubi Dd. C. de lit. contest. exceptis nonnullis casibus. v. C. A. d. jud. th. 169.*) itemque per missionem in bonorum possessionem, pignorationem & multam; adigere invitos potest ad contestandum. *cap. duæ. 3. ut lit. non contest.* & aliis remediis tanquam contra contumaces procedendo: nisi justâ causâ excusentur. *V. Ves. d. loc. n. 23.* jure Sax. Si Reus datâ operâ tergiversetur & postquam ipsi, ut litem contestetur, vel ut aliter atque factum sit, contestetur, injunctum fuerit; isque nihilominus sententiæ, per planam & perspicuam responsionem non satisfaciatur; præter expensas, à iudice in multam arbitrariam condemnari debet. *d. O. P. t. 16. m. ibi. auch da er hierumb.*

§. 3.

Factâ litem contestatione, præstatur juramentum calumniæ, *inquit Marant. h. t. der Eid vor gefährde.* Id duplex olim erat, unum, quod iudicii ordinem & processum, puta litem contestationem respiciebat & in principio litem, vel paulò post præstandum erat, *l. 2. §. ult. C. de jurejur. propt. calum.* alterum merita causæ & probationes concernebat & tam ante quam post litem contestationem pluries, pro arbitrio & religione iudicis poterat exigi. *l. 1. C. eod.* Sed Justinianus *Nov. 49. c. ult.* ex his duobus unum generale fecit, idque in initio tantum litem semel præstari voluit, nec amplius in eadem causa ullum permisit. Cæterum Pontifices, quia metuerent ne generalis illius juramentum

risjurandi litigantes parùm memores essent, in actibus iudicii fortè longius deinceps exercendis, *fac. §. ult. c. 1. de juram. calum. in 6.* iterùm constituerunt, ut iudex super quocunque suspicioso juris articulo, in specie iuramentum deferre possit, *cap. 2. §. f. eod.* maximè cum viderent ipsum etiam Justinianum, *post d. Nov. 49.* in comparatione literarum, *Nov. 73 cap. 7.* nec non eo casu, quo quis quartam testium productionem desideret, *Nov. 90. cap. 4.* ob subortam calumniæ suspicionem & metum, speciale quoddam iuramentum introduxisse: Atque ne id directò contra regulam *in d. Nov. 49.* fieret, quia Justinianus vetuit, *bis in eadem causa de calumnia jurare;* Iuramentum hoc non calumniæ, sed malitiæ potius appellare voluerunt (*quanquam revera videatur idem esse cum illo calumniæ iuramento, quod olim ante d. Nov. 49. circa probationes frequentabatur. vid. Cuiac. ad c. pen. ext. eod. Hillig. 23. D. E. 3. lit. H. Tametsi alii complures differentias ostendent, vid. Grav. ad. 1. concl. Gail 81. conf. 1.*) eique locum fecerunt, quandoque iudex subolfecerit in litigante malitiam quandam, qua vel ab adversario aliquid desideret, vel aliàs proponat eludendi iudicii, aut differendi negotii causâ, ut tùm ex officio litigatoris tale iuramentum possit imponere. *Gail. 1. O. 17. n. 2. Ruland. 1. de commiss. 2. c. 14. nu. 14. adde. Tr. 1. d. 21. thes. 4. lit. g.* Denique quia eò casu, quò alteruter litigantium alteri iuramentum defert, leges deferentem prius de calumnia iurare iuberent, *l. 34. §. qui iusiurandum. l. 37. de jurejur.* eaque causa momentosa videretur, ut vel secundum Justinianum etiam dicendum esset, eum hoc iusiurandum speciale abrogatum noluisse, quod de jurejurando circa probationes aliò (*præter generale illud*) non exigendò, *senserit: at iusiurandum non sit proprie probatio, vid. inf. cap. 4 § 3.* adeoque eò casu, illum speciale iterùm calumniæ iusiurandum exigi non prohibuisse: adde quod *Nov. 49. ad casus regulares & mediocres referri possit, non verò ad extraordinarios & momentosos, qualis est iste de iuramento deferendo: Ideò Doctoribus Jus Canon. (quod in foro regnat. Wes. d. loc. n. 5.) sequutis, aliud insuper atque ita triplex, natum & in ore est iusiurandum, quod religionis litigantibus iniiciendæ causa, adhibetur: Generale de calumnia, & huic oppositum speciale, denique iusiurandum malitiæ. conf. Berl. 1. concl. 57. n. 1.*

§. 4.

Generale præstandum est iure civili initiò litis. *vid. Bach. ad 1. d. Tr. 21. th. 3. C. Jure Can. etiam deinceps, c. 1. pr. de juram. calum in 6.* ab actore & reo, coram iudice, *vid. VVes. n. 8.* ita scil. ut à partibus mutuò exigatur, exactum postea iudex deferat, initiò ab actore factò.

Vmm.

Vmm. disp. 12. n. 40. & terminò intra quem præstetur, præfixò, l. 2. §. 2.
C. d. t. O. C. part. 3. tit. 12. Quod si partes id mutuò exigere omittant,
Jure Civili iudex ipse illud exigere omninò cogitur, aliàs processus
vitiatur & sententia annullatur, d. l. 2. §. 4. C. d. t. quam legem si maxime
cum Bart. & Wesemb. de tacita remissione accipiamus, tamen & eò casu, quo
expresse sibi mutuò juramentum remiserint, iudicem id Iure Civili remittere
non posse, tenendum erit. De Jure Can. distinguunt: scil. quod partes ex-
presse sibi juramentum invicem remittere non possint: Tacite verò
utique, ac proinde si non petatur, iudex illud exigere non teneatur,
c. 1. pr. & §. 1. d. t. in 6. Quam distinctionem & Camera servat, Gail. 1.
c. 84. n. 1. nec propter jusjur. hoc omissum processus annullatur. d. c.
7. §. 1. R. A. zu Speyer / anno 1600. §. als auch vnsere, sed nihilomi-
nus in causà pronunciat, Gail. d. loc. n. 3. quanquam si petatur & in-
stanter à parte desideretur, omitti non possit; ita intelligo sequentem.
n. 6. Jurat autem actor, quod non calumniandi animo litem move-
rit, sed existimando se bonam causam habere: Reus quod justam
contradictionem se habere existimet: Imò hoc amplius Justinianus,
Nov. 49. c. ult. adici voluit, quod si quando probationes necessariæ
futuræ sint, se eas non extrahendæ litis causa; sed quia revera sibi
necessarias fore existimet, petiturus sit: Doctores quinque capita
huic iurijurando assignarunt. vid. Wesemb. d. loc. n. 7. quæ versib. inclusa
vid. apud Beust. in rubr. de jurejur. nu. 174. C. A. de Calumniat. t. 19. (juxta
quæ omninò juramentum hoc generalis nomen tueri posset: quin & juxta
Nov. 49. id defendi potest, argum. verborum in totâ lite: & generaliter: item
quod per eandem Nov. vires ejus ad omnes iudicii actus futuros, sive proces-
sum sive merita respiciant, porrecta sunt: contra Cujac. ad. d. Nov. 49. circa
f. ibi: jusjurandum quod dicitur vulgò, non est generale, de quacunque re, sed
de litis contestatione. & Pac. in method. ad C. d. t. c. 1. n. 9.) Post litigatores
utriusque partis advocati jurant. l. 2. pr. d. t. l. 14. §. 1. C. de judic. (Hodie
advocati ad hoc juramentum non adstringuntur: quia ut inquit Canisius
lib. 4. l. rit. 6. lit. A. advocati in iudicio non amplius causam perorant, sed
domi consuluntur: quæ ratio non ubique bona est: Imò hos nec iure Civili
nec iure Canon. jurare teneri disputat. Obrecht. d. tr. cap. 6. n. 37.) Sanè in
bene constitutis iudiciis præsertim superioribus, qui munus hoc
subire volunt, in primis ordinarii, iurare tenentur, vid. 1. O. C. t. 62. &
64. Churfürstl. Sächs. Landsord. p. 207. & p. 215. conf. formul. deß
Doctoratendes ap. Volekm. p. 4. c. XI. A. N. sed aliâ iurandi formâ. vid.
Wesemb. d. loc. n. 8.) & denique procuratores. vid. Vmm. disput. 12. n. 33.
& 38. non solùm in animam domini, sed etiam suam. Wesemb. d. loc.
fin. mo.

fin. modò speciale mandatum super isto iuramento hábeant, *cap. cum causa. 6. & seq. ext. d. t. c. ult. eod. in 6.* (sed & hoc in foro non usque observari conqueritur, *Wesemb. d. n. 8. fin.* In Camera sanè etiamnum obtinet, *vid. Gail. 1. O. 83. num. 2. en Lorraine les Procureurs pòstulans sont renuz par chacun an, à la premiere audience prester & renoueller leur serment, stil. & instr. des proc. de justic. és Baill. de Lorr. au titr. 1. l'articl. 4.)* Quod si actor id præstare noluerit, per sententiam iudicis, causâ cecidisse pronunciandus est. *Auth. principales. C. eod. Wesemb. n. 10.* Reus verò tanquam confessus condemnationem sustinet, *ibid.* saltem respectu illius articuli, super quo iusiurandum calumniæ desideratur, *argum. eorum quæ in simili differit. Gail. 1. O. 87. n. 2. Obrecht. tr. de iurejur. calum. c. 17. n. 18.* Procurator verò, si quidem in animam Domini iurare noluerit, ad litem prosequendam non est admittendus, *Gail. 1. O. 86. & 89. & Dominus etiam pœnâ affici poterit. Grev. 1. concl. 89. nu. 3.* Si procurator in propriam iurare recuset, ipse pœnâ pecuniariâ afficiendus venit, iuxta Cameræ usum, *Gail. 1. O. 19. n. 4. dominò abeunte impunitò, Grev. ib. n. 1. conf. G. Schultz. Synopsis. judic. th. 47.*

§. 5.

Jure Sax. Juramentum calumniæ generale planè ab usu recessit, *O. P. tit. 35. pr. exceptis causis matrimonialibus. vid. Berl. 1. concl. 31. nu. 7. & eius locò, ad præcidenda improbè quæ sita litium sufflamina, iuramentum malitiæ Juris Canonici retentum est, quod ex officio etiam à iudicibus toties referri potest, quoties suspicio est, litigantem differendæ litis causâ malitiôsè quidquam agere. O. P. d. t. vid. Berl. 1. concl. 57.* Usitatum etiam est iuramentum calumniæ speciale (*de quo inf. suo loc.*) vel potius specialissimum, ut ita loquar, quia non in singulis speciebus sive actibus aut partibus iudicii, ubi calumniæ suspicio est, adhibetur, veluti olim illud quod speciale Dd. vocant. *Berl. 1. concl. 31. n. 2. (quod, ubi omnia tria in usu sunt, ita fortè ab illo generali & hoc malitiæ distingui potest: quod generale super tota lite præstetur, speciale super actibus quibusdam specialibus & in primis iis casibus, qui à Icli expressi sunt, quos post Cuj. ad d. Nov. 49. & Wesemb. d. n. 4. fin. congesit C. A. de calumniat. th. 19. ut in reliquis casibus non definitis, malitiæ iuramento locus relinquatur.)* sed tantum eò casu quo actor reo iuramentum litis decisorium offert, *Treut. 1. disp. 21. th. 3. facit O. P. tit. 18. §. nachdem / & seqq. §. es hat aber dieser End vor gefehrde allein in dem fall statt / wann & c. p. 44.* Quanquam Bachov. ad Treutl. d. loc. omninò sibi persuasum habeat, hoc iuramentum speciale ad unicum istum casum referendum non esse: cui suffragari videtur, *Wesemb. d. lo. n. 4. qui ibid. nu. 5.*

G

& in

& in Oecon. eod. tit. jus Saxon. perstringit, quod jusjur. generale abrogaverit.
Quod tamen non sine ratione factum esse cum Bachov. defendere conabimur.

CAPUT II.

De termino probatorio, positionibus, confessione, articulis testium
nominatione & productione: nec non interro-
gatoriorum presentatione.

Lite contestatâ & iuramentô calumniæ præstitô, procedit iu-
dex ad terminum probatorium definiendum. Marant. d. term. prob. pr.
Quamquam verò alii prius de positionibus, responsionibus, proba-
tionibus, agant. M. Steph. d. lib. 5. de Off. Iud. cap. 1. n. 160. alii incidenter
in materia probationum eius tantum mentionem faciant. Vmm. disp.
15. num. 22. nobis tamen, ex instituto Marantæ ordinem sequentibus,
sciendum est, ita observari, ut postquam reus initio respondit actoris
libello, id est, toti intentioni, eoque litæ cōtestatus est; & postquã iura-
mentum calumniæ præstitum fuit, proximum esse, ut ad ipsam probationem
deveniatur. Probatio v. ita institui solet, ut (1) intra terminum probato-
riū (2) actor litæ seu negotiū ponat, i. e. distribuat in certas positiones
(quæ sunt partes intentionis modo dictæ, in controversiã maximè vocatæ, con-
tinentes id, super quo petit quis ab adversario sibi responderi) quò factô iu-
dex terminum præfigit, intra quem reus (3) respondere cogitur:
ubi si (4) confiteatur, facilis est condemnatio: si non: datur à iudice
alius terminus actori ad producendum (5) articulos, super his quæ in
positionibus non sunt confessata. Wesemb. comm. C. d. judic. num. 75. fin.
ut qui per confessionem adversarii fidem facere non potuit, per te-
stes & instrumenta, iuxta articulos exigenda, & examinanda, hoc
præstet. Gail. 1. O. 79. pr. Hi articuli communicantur parti, quò con-
trà (6) interrogare possit, & per interrogatoria sua iudici occasio-
nem dare testes diligentius examinandi & veritatem citius eruendi:
quibus præstitis (7) probatio ipsa per testes & instrumenta proce-
dit: Ex quibus patet, si ordinem judiciorum exactè sequi velimus,
distinctè nobis agendū esse, (1) de termino probatorio, (2) de positi-
onibus, (3) de responsionibus, (4) confessionibus, (5) articulis, (6) in-
terrogatoriis, (7) probationibus ipsis, per testes & instrumenta, (8)
per jusjur. delatum &c. Enimverò hanc dilucidationem suffecerit
præmisisse, ut statuas Dd. Mercuriales tantò felicius sequamur.

§. I.

Terminus ergò probatorius JCl. certus est, trium scil. mensium,
si ex

Ex eadem provinciâ, in quâ agitur, probationes petantur; (J. Can. 6. hebdomadum: Jure Sax. insuper tridui) si extra provinciam, ex continentibus tamen locis, facienda sit probatio, sex mensium (Jure Saxonum gedoppelte S. frist) si ex transmarinis novem mensium, l. 1. C. de dilat. (juxta Canon & Jus Sax. triplicatum termini Saxonici spatium,) Ita Wesemb. d. tit. n. 34. ut aded in parat. d. probat. n. 8. vers. terminus, non de Jure Civili sed Canon. & usu forensi accipiendus esse videatur. Dis. Berl. 1. concl. 38. pr. Ex quo intelligitur terminum, intra quem probaturus, probationem non auspicari tantum, sed & quantum in ipso est peragere debet, vid. Wesemb. de probat. n. 9. legalem esse de Jure Civili, non arbitrium, contra Berl. 1. concl. 38. nu. 1. G. Schultz. in synopsis. judic. th. 5 2. & Dd. comm. qui tamen excusari possunt ex iis, quæ Wes. tradit, d. nu. 7. adeoque judicem dilationem seu prorogationem hujus termini regulariter tribuere non posse, d. l. 1. C. d. t. ib. non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium, ubi Wesemb. nu. 5. si tamen urgentissima ratio rerum flagitet & necessitas desideratæ instructionis exigat, dilatio poterit tribui; sed non facile amplius quàm semel. d. l. 1. (quâ paraphrasi vindicari potest textus à manu Wesemb. qui pro Si rescribit nisi) Jure verò Camerali (& plerarumque aliarum Curiarum stylo, v. Schenck Baron. in progymn. fori tit. 9. n. 8.) quia terminus probatorius est arbitrius, (ita ut judex pro qualitate causæ & personæ, item secundum distantiam locorum, arbitrari debeat, quantum temporis ei, cui probandi necessitas incumbit, ad deducendas probationes statui & indulgeri debeat, Gail. 1. O. 19. n. 13.) Ideò judex semel constitutum, etiam differre potest, secundâ & tertiâ vice, (hinc dilationes probatoria, pro termino probatorio passim apud Dd. sumuntur) aliquando etiam absente parte, cui indulgetur, sc. si causa evidens urgeat. vid. Bart. l. ne quicquam. §. ubi decretum. n. 1. de off. procons. Cæterum harum dilationum aliquando iterum impetratæ fuerunt prorogationes, nõ sine cõfusione judicii & injuria partium, maximè cum adhuc quarta competat dilatio, cuius demum vera sit prorogatio, Gail. d. loc. n. 16. C. A. de testibus. thes. 20. quamobrem prorogationes istas non minùs quàm promiscuas dilationes restringit. O. C. p. 3. tit. 16. §. was aber. Planè iis casibus, quibus dilatio sapiùs fuerit concessa, tutius est, ut actis causa inseratur, ne alioquin contra ipsum iudicem de collusionis & conniventia arguatur. Wesemb. comm. C. de dilat. n. 30. & 42. f. ubi quatenus vetus dilatio, à novâ, & hæc à prorogatâ differant. v. n. 15.

§. 2.

Intra hunc terminum probatorium actor positiones suas mediante

G 2

diante

diante iuramento, quod dandorū vocant, *vid. Gail. 1. O. 79. n. 10.* offerre, *c. un. x. de lit. contest.* super exhibitis verò iudex pronunciare debet; an ad omnes, an ad aliquas, & ad quas respondendum sit. *Vmm. disp. 13. n. 27.* quatenus nimirum relevantes vel impertinentes eas & inutiles deprehenderit, *conf. Gail. 1. O. 81. per tot.* Non tamen semper necessarium esse videtur, ut iudex interloquatur: nam si omnes admiffibiles iudicet: suffecerit fortè si simpliciter ipsis responderi iusserit. *Vmm. d. loc.* Ex usu Camerae, libellus articulatus initio exhibitus, ut lis super eo contestaretur, loco positionum & articulorum repetitur, *vid. Gail. d. loc. n. 3.* aliquando his additionales, & declarationes, *O. C. p. 3. tit. 4.* intra terminum probatorium adiiciuntur: *Ruland. 3. de commiss. 1. cap. ult. pr.* cuiusmodi tamen non semper recipiuntur, *vid. Myns. 1. O. 81.* sed ex iudicis arbitrio pendet, an illis deferre velit. *Denais. 1. Cam. sub tit. de artic. n. 7.* utique additionalium additionales, si ne speciali causæ cognitione hautquaquam fuerint admittendi. *Deput. Abschied. anno 600. §. es sollen.*

§. 3.

Positionibus oblatis, reus ad interlocutionem seu iussum iudicis, respondere tenetur: non ut olim fortè, in ipsius præsentia; sed præmeditatis responsionibus in scripturam redactis, intra terminū, qui pro qualitate negotii ad respondendum à iudice præfigendus est. *vid. Vmm. disp. 13. n. 28. & 29.* eæ autem offerendæ sunt mediante iuramento (quod respondentium seu respondendorum vocant) & conceptæ esse debent, purè, clarè & simpliciter, per verbum credo, vel non credo verum esse. *O. C. p. 1. tit. 71. & p. 3. tit. 15. pr. & §. cum andern vers. durch das wort glaube. Vmm. d. loc. nu. 26.* aliàs responsiones pro non datis habendæ & iudicis interlocutione novæ iniungendæ sunt. *Gail. 1. O. 82. nu. 2.* Tametsi verò in Camera ad omnes positiones respondendum sit, nec responsio evitari aut sustineri possit, eò prætextu, quod positio sit multiplex, generalis, negativa, obscura, dubia, impossibilis, captiosa, criminalis, facti alieni (cuiusmodi positiones de iure communi à iudice reiiciendas esse, nec partem iis respondere teneri *Dd. disputant. vid. Mascard. de probat. concl. 1177.*) quod observatum esset, subterfugiis eiusmodi partes malitiosè lites extrahere consuevisse: Iudices tamen eâ in re circumspectè agent, & operam dabunt, ne pars præiudiciali aliquâ responsione gravetur. *vid. Gail. d. loc. n. 8.* Unde porrò infert *Vmm. d. loc. num. 22.* quod licet sola positio iuris in Camera à necessitate respondendi liberet, *O. C. p. 3. c. 15. §. 4.* Tamen si positiones planè impertinentes sint, aut interrogativè conceptæ.

ceptæ, atque ita ne nomen quidem positionum mereantur, haut dubitandum esse, quin nec in Camerâ responsionem exigant, sed à iudice reiici possint. Si multiplex sit positio, distinctè respondendum erit, hoc modo: V. C. positionis tertiæ partem illam, quod ad hæc verba, veram esse credo &c. reliqua verò falsa. O. C. d. §. zum andern. nam si partim vera, partim falsa sit positio & quantitatem cõtineat, non rectè simpliciter negatur: aliter atque ubi qualitatem concernat. vid. Gail d. loc. nu. 16. & 17. Quanquam etiam in Camerâ non admittatur vulgaris illa responsio, non credo ut ponitur, cum incerta sit, id. nu. 7. tamen per relationem ad instrumentum aliquod, cuius positio meminit, rectè fit. arg. l. fin. C. de fals. caus. leg. adject. Mynsing. r. O. 86. denique solet etiam responsioni suæ adiungere articulos defensionales, vel in continenti vel ex modico intervallo, quibus actor iterùm respondere tenetur. O. C. part. 3. tit. 15. pr. & §. zum dritten was des antworters.

§. 4.

In responsionibus istis suis reus intentionem actoris vel negat vel asserit seu confitetur: Et confitetur, vel totam intentionem, vel partem eius: Totam confitetur, vel simpliciter, vel cum adnexâ exceptione: priori casu confessus veluti suâ quodammodo sententiâ damnatus, habetur pro iudicato, l. 1. de confess. quod ratione effectus ultimi, non intermedii accipiendum est: hoc est, pro iudicato habetur, quod ad executionem attinet, ut sc. non minus solvere teneatur, id quod confessus est, quàm si illud ipsum adversarius plenò processu evicisset. l. 5. 6. de re jud. l. 3. de confess. l. ult. C. de execut. rei jud. ut aded, quemadmodum iudicatum executioni demandatur, etiam confessum exequendum sit. d. l. 6. §. ult. Interim præceptum aliquod adhuc præcedit. Mascard. concl. 344. pr. (ut si apud Prætozem quis confessus esset, non dabatur iudex rei iudicandæ, sed æstimandæ. vid. l. 25. fin. ad L. Aquiliã. si apud iudicem: nullæ amplius ejus erant partes, quàm ut eum condemnaret, perinde atque si legitimis probationibus convictus esset. d. l. 3.) quæ declarationes cum legibus ipsis contineantur, videntur potius amplectendæ, quàm illæ distinctiones inter iudicium solenne & minus solenne, ante & post litem contestatam. vid. Vmm. disp. 13. n. 50. maximè cum & communior schola & praxis hodierna statuatur, sententiâ etiam in confessum opus esse. Wes. de confess. n. 8. conf. omnino. C. A. ad L. Aquil. th. 14. & ad tit. de confess. th. 7. ubi num. 3. 4. & 5. modus executionis faciendæ egregiè declaratur. Quod si adjuncta sit confessioni exceptio, ut si quis debitum fateatur, sed exceptionem pacti vel iurisiur. obiiciat: Iudex



reō imponit onus probandi suam exceptionem. *l. 9. C. de except.* Si partem tantum confiteatur, quoad illam confessio plenam vim probationis obtinet. *Mascard. concl. 348. Myns. ad rubricam x. de probat. n. 15.* Adeoque quoad illam actor probationibus veluti minus necessariis, non erit gravandus. *l. sive 16. C. de probat. Speculator de testib. §. nunc videndum.*

§. 5.

Quod si ex responsionibus rei ad positiones actoris factis, clarescat, reum positiones vel omnino vel in parte veras non credere; tum siquidem negatio est simplex, actoris est suam sententiam probare, v. *Vmm. disp. 14. contin. sin. coniuncta cum eventuali exceptionis contestatione, (ut si neget se debere, in eventum tamen probati debiti contestetur exceptionem: quæ postrema respondendi ratio tutissima est, Zanger. de except. part. 3. c. 26. n. 5. licet juxta hodiernum processum communem, non videatur necessaria, ubi exceptiones admittuntur, etiamsi reus illas non fuerit contestatus, v. Bachov. 2 disput. 28. th. 7. lit. b.)* Hoc casu primæ partes probandi imponendæ sunt actori; secundæ reo. *d. l. 9. C. de except. in fin.* Actor suam probationem ita instituere necessum habet, ut vel positiones loco articulorum reproducat (*qua de causa multi de probationibus & articulis simul agunt veluti Maranta ipse, Matth. Steph. lib. 5. c. 1. n. 157.)* *Gail. 1. O. 79. & c.* vel certam intentionem in articulos redigat. *Wes. de testib. n. 5. (quo nomine nos de articulis, veluti qui jure Canon. cui suos debent natales, à positionibus differunt, separatim agendum esse putavimus,)* & super iis vel testes examinari petat vel instrumenta producat & c. *ut infra latius dicitur. vid. Vmm. disp. 13. nu. 61. (unde Maranta hunc locum, de testium nominatione & productione inscribit: Quia ut Wes. ratiocinatur com. C. de jud. nu. 77. cum articulis simul & testes nominandi sunt)* liquet ergo differre hæc duo, ut forma, v. *Wes. d. loc. nu. 75. (dissentit Rul. part. 3. de commis. lib. 1. cap. 2.)* ita & fine; cum positionis finis sit, ut per responsionem adversarii liti fides fiat: articulorum v. ut per testes & instrumenta. *Gail. 1. O. 79. pr. & Vmm. d. loc.* Enimvero in Camerâ, quia, *ut supra dictum,* libellus articulatus in pr. exhibetur, super quo lis contestatur, qui postea loco & positionum & articulorum repetitur: Ideò hæc differentia penè confunditur. *Gail. d. loc. n. 3.* ut adeò quæ de illis traduntur, his ferè convenient: veluti quod articuli ad libelli formam accommodandi sint, *cap. licet 9. §. iidem. de probat. Wes. de edendo n. 8.* quod Impertinentes veniant reiciendi, v. *omnino Gail. 1. O. 81. per tot. conf. Rosb. de proces. civ. t. 54. ne sc. malitiosè & in adversæ partis præjudicium lites protrahantur. v. Tr. 2. disp.*

2. diff. 4. th. 5. lit. c. & litigatores inanes sumptus faciant, *l. non hoc. C. unde legit. Wes. de probat. n. 7. & 8.* Ita iudex vel positionibus vel articulis respondere nolentem, vel non rectè respondentem, per viam mandati & præcepti compellere ad respondendum & monere potest, non modo sub pœna pecuniaria, excommunicationis vel banni; sed & sub pœna confessatorum *cap. 2. de confes. in 6. O. C. p. 2. tit. 5. v. P. Frid. 2. de proces. ext. 53. nu. 6.* Enim verò is etiam, qui motæ ab aliis liti pro suo iure sese interponit, articulos interventionales exhibere debet. *de quib. v. C. A. lib. XI. tit. 2. th. 26. Gail. 1. O. 69. & seq. O. P. tit. 15.*

§. 6.

Articulos istos, (*cum sint actus iudicii probatorius*) iudex communicare debet parti, *v. Wes. de edend. n. 12. (uti supra præfati sumus)* unà cum nominibus testium examinandorum, *v. Scacc. 1. de iudic. 100. n. 12. quia interrogatoria non tam ad qualitatem probandorum, quam testium dirigenda: idque adeò in praxi observatur: (ut cunque aliqui contra disputent. v. Bronch. 2. ass. 94. f.) ut nec ante incipiat dilatio ad edenda interrogatoria, quam hæc edita fuerint, quò interrogatoria quædam concipere, tam super qualitate testium, quam circumstantiis negotii principalis, & protestationem de excipiendo contra testes facere, (sicut omnino facienda est. c. presentium 31. x. de test. Donel. ad Auth. si testis. C. eo. n. 13.) per opportunè queat, Wes. de test. n. 5. m. & uberius in comm. C. eo. nu. 34. (in Cam. d. c. 31. non observatur, sed & omiſſa tali protestatione exceptiones tam contra personas, quam dicta testium admittuntur. Gail. 1. O. 87. in f. nec alibi forsitan aliud statuendum: Hinc Wes. in par. n. 6. f. in C. n. 34. f. utile hoc esse dicit: Ius Sax. certè simpliciter disputationes admittit sine requisito illo interponendæ protestationis v. 1. Const. 18. O. P. t. 20. §. 2. ib. der mag. ihme Bedingen/usu tamen frequens est interrogatoriis eam adnectere, v. Volckm. p. 1. A. N. c. 58. n. 19. & c. c. seq.) adeoque testes tantò accuratius examinari & veritas eò facilius & liquidius iudici innotescere possit. cap. presentium 2. de test. in 6. Myns. respon. 3. n. 7. Etenim cum interrogatoria alia sint generalia, eaque vel personarum, vel causæ seu præliminaria, *Vorfrag stücke; Ruland. lib. 1. c. 4. n. 3. part. 4.* alia specialia, ad singulos articulos in specie directa, quibus scientiæ rationes & circumstantiæ, tam personarum quam rerum exiguntur & excutiuntur: Efficitur iis, ut testes & cautè deponant, non temerè: & si falsi sint, variationes & contraria inducantur. *Gail. 1. O. 95. n. 3. v. Wes. comm. C. de test. d. n. 34. aut si scientiæ rationem non reddant, nihil agant. Wes. par. d. test. n. 6. post. pr.* Quà de causa etiam, ut maximè pars interrogatoria illa conficere omittat, (*prout potest. Gail. 1. O. 95. nu. ult. ubi tamen antea citata fuerit ad dandum interrogatoria. Gail. 1. O. 102. n. 2. quemad-**

modum & producens in presentatione articulorum, & iudex in traditione illorum liberum hoc producto relinquunt, ob ihme beliebe dar auff zimliche vnd zu lässige interrogatoria zuverfassen / v. Volckm. part. 1. de A. N. cap. 59. unde & revocari & ab actis deleri facile possunt, v. Heig. 2. quest. 4. nu. 39.) iudex ipse conficere ea potest, c. cum causam. x. de test. Far. q. 73. n. 9. imò debere disputat Rul. d. part. 4. lib. 1. cap. 6. lit. 4. per notarium suum, vid. Volckm. p. 1. c. 58. n. 21. vel saltem in examine de singulis circumstantiis, loco, tempore, visu, auditu, scientia & credulitate, fama, certitudine & c. inquirere, v. Gail. d. O. 25. n. 8. Quod si pars ipsa interrogatoria exhibeat (uti frequentius & utiliùs fieri solet: propter varias circumstantias quæ ipsum examinatore m latere possunt, Rul. d. c. 6. n. 6. eaque presentatio uti & articulorum, fieri potest etiam die, quò curia non habetur, modò non sit feriatu s; nec tantum iudici sed & magistro actorum, Marant. de posit. n. 20. sc. intra terminum examini propositum, c. 4. de except. VVes. C. de test. n. 36. fin.) unà cum directorio sive designatione articulorum, super quibus testes examinari cupit, Gail. 1. O. 96. n. 7. (quod ideò dictum est directorium, quoniam dirigat quasi actum iudicis in probationibus recipiendis, Vultej. 2. jurispr. R. c. 22. n. 96.) iudex videre debet, an ritè, id est ex articulis vel ad illos sint formata: nam quæ extra articulos sunt, vel ad eos non collimant, velut impertinentia, Gail. d. loc. n. 4. à iudice reijcienda sunt. Farin. d. quest. 73. n. 48. Myns. d. respons. 3. nu. 10. ubi v. alleg. qualia autem porrò reijcienda sint, v. prolixè apud Rul. d. lib. 1. cap. ult. Enimverò hæc interrogatoria iudex non itidem debet communicare producenti, (tùm quia fiunt potissimum ad iudicis informationem: tum quia super illis ab actore testes instrui possent ad falsum commodò suò loquendum, Marant. hinc. n. 3. Gail. 1. O. 95. n. 6. atque ita usus servat. Rul. d. lib. 1. c. 11. ubi tamen post Innocent. & Specul. minus hoc rectè fieri pertendit) sed ad acta producere & redigere, VVes. C. de test. d. n. 34. v. Volckm. part. 1. c. 58. n. 17. Rosb. process. Cli. tit. 55.

§. 7.

Nunc interserenda sunt ea, quæ circa hæc capita iure Sax. servantur: Hòc ergò, quælibet pars, cui probatio per sententiã fuit iniuncta, (dann wann lis contestiret ist / so laufft es entweder auff beweisung oder Aid hinaus / I. S. in d. tr. Ms. de form. sent. in Cur. Sax. usitat. der beweis wird also erkand; dieweil betlagter auff erhobene Klage acandwortet / vnd den Krieg mit nicht gestehen befestiget / so ist der Kläger den grund seiner Klage in S. f. wie recht / zuerweisen schuldig) intra sex septimanas & tres dies à tempore quò sententia effectum rei iudicatæ consequuta est, (v. Berl. 1. concl. 38. n. 24.) articulos suos probatorios, cum nominibus testium, nec non documentis li-

terariis, quibus cum probatura est, offerre debet, (etenim positionum
usus, quem post instructum iudicium, consuetudo potius quam ratio juris ali-
bi defendit, v. I. Schulz. O. 4. nu. 19. in foro Sax. contrario usu sublatus est,
v. sect. 2. cap. 2. fin. cum quibus ita responsiones etiam, veluti supervacua;
& independentes confessiones, quae ex contestatione rei apparent, concidunt)
& deinceps sedulo instando (veluti commissarios & testium examina-
tionem urgendo, v. Treutl. disp. 4. th. 6. lit. d.) nihil praetermittere, quod
ad diligentiam suam ostendendam conducatur. v. VVes. ad. l. 1. C. de di-
lat. n. 3. O. P. tit. 20. pr. quia verò terminus, etiam secundum ius Saxo-
nicum, & de super inductam consuetudinem, peremptorius est, vid.
Berl. d. loc. n. 7. & seqq. idè illò elapsò, concedendum non est produ-
centi, ut testes alios vel plures queat nominare, vel plures articulos
additionales, aut quocunque nomine indigentur, afferre; tametsi
hoc sibi intra terminum Saxonicum per protestationem (uti moris
est advocatis, Berl. d. loc. n. 44.) reservaverit, nec terminus productionis
etiamnum elapsus sit: atque adeò si quis probationem per docu-
menta literaria expediendam suscepisset & post decursum illius té-
poris demum testes nominare vellet, audiendus non erit: neque ex
adverso productio documentorum (cellorum sc. quorum copia seu trans-
sumpta, intra terminum Saxonicum non fuere exhibit.a) locum invenire
debet, exceptis nonnullis casibus. vid. O. P. d. t. § vnd dieweil. Berl. ab. n. 27.
& 58. Quod si tamen producens prorogationem istius dilationis Sa-
xonicae petat, suaque petitionis praegnantem & legitimam causas ob-
tendat, iudex pro conditione negotii eandem semel, & ex momen-
tosâ causâ iterum: non autem porro nisi cum causae cognitione &
solennitate legali, v. Vultei. 2. I. R. 31. 55. & 56. (sub hoc modo seu formâ,
kan auch dreifache vnd vierfache S. S. gegeben werden / vid. Berl. nu.
67.) prorogare potest: Ita tamen ut hæc prorogatio intraterminum
probatorium decurrentem, vel saltem in ultimo ejus momento,
Berl. n. 68. (secus atque si in ultimo die & momento termini, articuli pro-
batorii & nomina testium offerantur, qui tùm non recipiendi sunt, id. n. 42.)
petatur, O. P. d. loc. § wir lassen aber (elapsò enim termino, amplius proro-
gatio non conceditur, Berl. d. n. 68.) eoque casu non prohibetur produ-
cens, intra tempus hoc prorogatum, articulos mutare, augere, & plu-
res testes nominare, d. §. fin. Berl. n. 74. His peractis (id est, post oblatio-
nem articulorum, instrumentorum, & testium nominationem,) citius me-
lius terminum ad producendum, tam producenti quam producto,
statuere debet & citationes cum ad litigantes, tùm ad testes nomina-
tos emittere atque adversæ parti copiam articulorum cum nomini-

H

bus

bus testium, ut & exemplū documentorum literariorum, cōmodū transmittere, hoc fine, ut si licita interrogatoria super iis offerre velit, iisdem cum longissimè in termino productionis paratus sit, O. P. tit. 20. pr. Inter licita autem interrogatoria jure Sax. non sunt interrogatoria illa generalia, quæ præliminaria ad causam dicuntur, eaq; judex etiam parte non opponente reiicere jubetur; vel si testes desuper examinati aut instrumenta juxta ea producta fuerint, in judicando non attendere, *ib.* §. 1. (an vero rectè hæc è foro Saxonum eliminata sint, quæritur? Aff. ratio est, quod ejusmodi præliminaria varias disputationes & confusiones in probationum processibus soleant excitare *d.* §. 1. v. *Rul. d. part. 4. lib. 1. cap. 5.* ratio neg. quod immò his aliquando commodissimè & egregiè veritas eruatur, uti loquitur, *Volckm. d. part. 1. cap. 58. n. 5.* proque ea opinione & consuetudine communi, contra *Rul. disput. 16. n. 58.* Nos jus Sax. defendemus.

§. 8.

Et sic ferè etiam Jure Com. testibus nominatis & partis producentis articulis, judici porrectis, judex (1) testes ad examen citare debet, (quod nonnulli adeò præcisè exigunt, ut depositionem testis planè non valitur amputent, si ad hoc non fuerit citatus, v. *Rul. 2. de commiss. 2. c. 8. n. 7.* alii contra, id necessum non esse, sed sufficere, si ad instantiam producentis compareat, *Vmm. disp. 16. n. 57.* *Bachov. 2. disp. 5. th. 6. lit. e.* & sanè ut omissionem citationis hoc casu nullitatem processus non inducere largimur: ita asserimus, judicem non tunc citationem omittere, præsertim si in Curia semper fuerint usitata & per judicem emanarint: tunc quomodo testes restitantes ad testimonium cogere poterit, nisi eos citaverit prius & monuerit. *cap. 1. cap. super eo. de test. cog. Gail. 1. O. 100. n. 5.*) id autem vel per se faciet, (quod in arbitrio quidem ordinarii est, melius tamen fecerit, si quidem id, ubi per occupationes licet, ipse expediat, l. 3. pr. v. *ideoque de test. Vultei. 2. Jurisp. R. 31. n. 66.*) vel alii committet, *Vultei. d. loc. Nov. 60. c. 1. cap. 2. de jud. in 6. Rauchb. 1. quest. 13. n. 41.* & jure usque Camerae commissarii à partibus nominari; iique nominati plerumque etiam à judicio Camerae solent deputari, vel in eorum locum, (si ex justis causis suspecti allegentur, neq; magis idonei iterum nominentur) ex officio alii destinari, cum potestate adjungendi notarium non suspectum, *Gail. 1. O. 96. n. 1.* & O. seq. confer *Vultei. d. loc. n. 68.* Itemq; jure Sax. O. P. d. 1. 20. §. nach der verhörung der Zeugen/ werden gemeinlichen commissarien verordnet. Quanquam id juri civili haut usquequaque congruere putet. *Vmm. d. disputat. 16. num. 61.*

Quod

§. 9.

Quod si testes vel planè non subjecti sint iudici, vel duntaxat mediatè: Hoc casu quidem iudex superior ipse, etiam non requisitò mediatò, subditos ad testimonium dicendum evocare potest, l. sed etsi 26. §. ult. v. testimonii. ex quibus causis mai. l. 2. §. legatis. l. 24. de iud. Wes. 2. consil. 97. n. 2. (de usu Camera. v. Gail. 1. O. 98. fori Sax. Rauchb. 1. q. 13. n. 11.) illò casu, per literas mutui compassus vel juris subsidiales, durch Compassbrieff/vid. Besold. in hac voce, C. A. de testib. l. 21. Volckm. part. 1. A. N. cap. 64. 65. requirere potest iudex à producente imploratus, magistratum illius loci, ut is vice suà testes recipere, diligenter examinare, ac eorum depositiones obsignatas transmittere haud gravetur, vid. Rauchb. d. loc. num. 10. quod etiam expressum est in O. P. t. 23. ubi iudex admonetur, ut advertat, an non producens, peregrinos testes nominando, litis tantum protelationem querat, qua de re si probabilem habeat suspicionem, juramentum malitiæ ipsi potest deferre & ad inferendum huiusmodi testimonium certum tempus præfigere: juxta gl. elegant. in cap. statutum. §. perferendo. verbo impensas, de rescript. in 6. per c. 2. in f. x. de juram. calum. de jure Cam. v. Gail. 1. O. 98. Quod si personæ iudici subjectæ, debiles tamen fuerint aut egregiæ; per notarium ab ipsis testimonium iudex recipere poterit, l. ad personam. 15. de jurej. v. Wes. de testib. n. 5. Tr. 2. disp. 5. th. 6. lit. e. Si verò testes sine legitima causa comparere detrectent, ad præstandum juramentum & perhibendum testimonium utroque jure pœnalibus mandatis, eò cuius interest petente, P. Frid. 2. de process. extr. 53. n. 2. possunt compelli, Gail. 1. O. 100. n. 1. ubi de usu Camera. n. 9. Nec minùs jure Sax. O. P. t. 22. Berl. 1. concl. 41.

§. 10.

Juxta citationem (2) iudex si necesse fuerit, securitatem testibus præstabit, Specul. de test §. qualiter. n. 13. vid. Besold. in voce gleich. & (3) adversæ parti hoc denunciabit, durch Verkündigungs Brieffe/vid. A. Reiger. disp. 6. th. 13. lit. a. nimirum testes juxta articulos producentis, (quos simul illi communicabit,) esse examinandos: ideoque veniat ad dandum sua, si quæ habeat interrogatoria (de quib. sup. dictum) & videndum jurare testes. Gail. 1. O. 102. pr. v. Volckm. p. 1. c. 63. itidemque producenti ipsi; ut veniant eodem die atque loco, aut certè procuratores mittant, ad videndum produci testes & iurare. Vultei. d. c. 31. n. 71. v. Gail. 1. O. 96. n. 6. & 8. inter alia etiam (v. Vmm. disp. 16. nu. 58.) ideo, ut si productus velit, contra personam testium possit excipere, v. Volckm. part. 2. c. 62. & quidem si in continenti inhabilitatem testis unius atque alterius docere possit productus, eorum examen impediet, ut tamen interim



cum reliquis iudex pergat, *cap. super. 22. ext. de test. quin & ex officio iudex in inhabilitatem testium potest inquirere. A fin. d. §. 3. cap. 37. consanguineos. c. 35. infames. c. 36. aliosque ex causa reiicere. c. 40. fin. ne sc. cuiquam iusiurandum absque necessitate imponatur & superfluo iuramento quis oneretur: supervacaneum vero est sacramentum & testimonium eius, cujus dictum nullam facturum esse fidem, in ipso examinis exorsu palam fit. Wesemb. de test. n. 3. post m. Farinac. q. 2. n. 358. si vero res dubia sit, nec propterea examinatio differenda est, sed potius illa exceptio in tempus disputationum reiicienda, Wesemb. d. loc. Farinac. d. loc. n. 350. id quod generali consuetudine Germaniae, nec non Cam. Imper. Gail. 1. O. 105. n. 8. *Rul. de commiss. lib. 6. cap. 4.* servatur & bene congruit ius Sax. O. P. tit. 20. §. wann es nun hierauff/vers. hette aber der product. ita (v. c.) *judicatum in aula D. 21. Ian. An. 1620. in causa Universitatis L. contr. die Gemein zu St. quae illius duos subditos ad testimonii dictionem in causa universitatis admittere volebat, his verbis: auff vorbringen vnd erfolgte Gesähe N. N. E. W. das V. M. Forster vnd der Richter zu D. in diesen Sachen Zeugniß zugeben zulässig: Es werden aber beß. ihre exceptiones wider dieser Zeugen Person vnd aussag/biß nach eröffnetem Gezeugniß billich vorbehalten von. R. W. (4) Præsentibus partibus. l. 18. C. de fide Instrum. vel etiam contumaciter emanante producto, Gail. 1. O. 102. num. 2. Item si quando litigator uterque, quod in Cam. quoque fieri solet, rem fidei curiae committat; quibus casibus partes habentur pro presentibus, vid. Wes. comm. C. de test. n. 34. O. P. d. tit. 20. §. wann es nun vers. ob aber der jenige / iudex testes recipiet & ab iisdem iusiurandum de veritate citra affectionem, ad totam causam dicenda, exiget, id. par. de test. n. 5. eosdemque de gravitate perjurii sedulo comonefaciet, (videri potest iterum utiliter diligentissimus Volckm. part. 1. cap. 73.) atque si testes aliqui producendi, sunt subditi partium, à subjectionis iuramento liberandi prius sunt. Vultei. 2. Arrisp. R. cap. 31. n. 76. *Rul. 2. de commiss. 2. cap. 9. num. 4.* alias testes esse non possunt, l. 5. ubi Dd. C. de testib. cap. cum nunciis & ib. Abbas. cap. in super de test. disp. Vmm. disp. 16. n. 12. hoc vero iuramentum, de veritate dicenda, de jure quidem necessarium & omnibus præstandum esse videtur, conf. Vm. d. loc. n. 60. partium tamen consensu testibus remitti potest; quasi partes iurijurando, favore suo introducto, renuciare queant, c. 39. de testibus. Sichard. ad l. 8. n. 2. & seqq. C. de testib. vid. Volckm. p. 1. cap. 73. nu. 8. quò casu tamen iudex, non obstante renunciatione partium, testi iuramentum deferre potest, si ita videatur. Adhib. Gail. 1. O. 101. n. 5.**

Ethæc



Et hæc quasi præparatoria sunt & palàm perficiuntur: post *Mantam* *Wesemb. C. de test. n. 34.* deinceps examen fit clàm, partibus remotis, *cap. venerabilis 52. de probat. Ant. Fab. Thesaur. pract. cap. 8. (diss. post Donel. graviter Vmm. disput. 16. n. 62. cujus rationes in conflictu examinabimus. conf. Bachov. 2. diss. 5. th. 9. lit. a).* adhibitò tantùm notariò, ita accipe *Tr. 2. d. 5. th. 9. pr. contra otiosam Bachov. animadversionem ib. qui dicta testium consignet, Wes. d. loc. (de cujus off. conf. Volckm. par. 1. cap. 60.)* nisi ipse iudex velit testificata literis mandare, das Protocol selbst halten / *d. cap. 60. n. 1.* aut productus, ut notarius alter ex suà parte adjungatur examini, impetret, *vid. eund. n. 5.* qui itidem, ut superior, juramentum taciturnitatis præstabit. *Vult. 2. Jurisp. R. cap. 21. n. 77.* Atque hîc reductò singulis (*non enim simul sed sigillatim examinandi sunt, & iniuriò quidem remotiores Rul. 2. de commiss. 2. cap. 13. n. 4. ne ultra tempus statutum detineantur v. l. 19. C. de testib.*) in memoriam jurejurando, religiosè, primò super interrogatoriis, *Rul. d. loc. cap. 14. num. 2. conf. tamen Gail. 1. O. 95. n. 7.* deinde super articulis, & si directorium adjunctum, super iis, ad quos testès diriguntur: si verò absque directorio articuli fuerint exhibiti, super omnibus, eos examinabit & claras, directas, affirmativas & causam scientiæ continentes deposcet responsiones. *vid. Vmm. d. diss. th. 11. & n. 74.* Quanquam his non ita alligatum est iudicis arbitrium, ut si videat articulos aut interrogatoria parùm rectè concepta esse, quin ex officio possit super tota causa, (*dummodo super tota sit juratum*) testem examinare & impertinentium articulorum, vel interrogatoriorum nullam habere rationem. *vid. Wes. de test. nu. 5. circ. fin. C. A. cod. thes. 21.* Factà depositione, eâque diligenter literis consignatâ, (*quo pertinet, ut & qua fronte, voce, vultu, constantiâ & c. testimonium perhibeant, annotetur. vid. Farinac. q. 80. n. 100. Vmm. n. 84. nam si negligenter dicta testium consignata fuerint, juxta quod parti iudex ad interesse tenetur, cap. quoniam inf. ubi gloss. de probat. l. sancimus. C. de jud. in Camerâ poenâ arbitrariâ coercetur, Gail. 1. O. 134. n. 14.*) prælegere ipse testi debet, (*ut de constantia testis appareat Vmm. nu. 85. vel etiam ut animadvertatur, an rectè ipsius mens, explicata & percepta fuerit,*) & admonitum de servandò silentio dimittere. *Rul. part. 2. lib. 2. cap. 29.* Priusquam verò ad reliquos testès examinandos procedat, attestaciones factas releget, ut si quid obscurum offendat, ex officio, aliquando etiam ad partis instantiam *v. A. Fabr. C. de testib. defin. 2. testes, sua dicta declaraturos, repetat; cap. 2. x. de test. Ruland. ib. cap. 10. n. 31. quod ex officio facere potest, etiam post publicationem attestacionum. Afm. d. §. 3. c. 39. & con-*

clusionem in causâ. c. 45. eademque observanda sunt in reproductione quæ vel ad reassumendos testes (si fortè obscure vel nulliter examinati sint. Gail. 1. O. 103. n. 7.) vel ad reprobandos, vel alios inducendos, literum atque tertio fit, (nam quarta productio non nisi ex justissima causa concedenda est. Auth. at qui semel. C. de probat.) non modò in eodem, sed etiam altero atque tertio ad id termino dato *Wes. par. de test. nu. 5. fin. confer. omnino. C. A. de testib. th. 16. & seqq. ubi & antiqua & nova testium producendorum ratio eleganter exponitur.* His ferè consonat jus Sax. uti apparet ex dicto §. wann es nun hierauff. pr. de §. nach dem aber. d. t. 20. O. P. quò brevitatis studiò lectorem remittimus. Atque ita examinatione tam actoris quam rei integrè peractâ, operam judex dare debet, ut partes ulteriori productioni renuncient. *Wes. d. loc. in fin.*

C A P. III.

De productione instrumentorum.

Post testium productionem & interrogatoriorum præsentationem sequitur apud *Mar. VIII.* locò instrumentorum productio: ad cuius orbitas nos etiam, post aliquantillam, necessariam tamen digressionem, revertimur. Etenim, cui probatio iniuncta est, is intentionem suam etiam documentis literariis, mit brieffliehen Bründen/ (de aliis probandi generib. quò minùs agamus, tempore excludimur,) potest peragere vel ea cum depositionibus testium simul offerre. *O. P. t. 24. pr. vid. Wes. de probat. n. 4.*

§. I.

Productio hæc instrumentorum (1) cum reliquis probationibus, ut in multis aliis, ita etiam in eo convenit, quod solenniter & in iudicio facienda sit, ac parte adversâ ad id citatâ, *Wesem. de fid. inst. n. 5.* (*Diß. Bachov. 2. disput. 5. th. 4. lit. a. putans sufficere, si instrumentum in iudicio producatur & à iudice parti adverse copia ejus fiat.* Enimverò *Bald. in l. iudices n. 4. C. de fid. inst. (non de judic. ut à Wes. citatur)* format regulam, quod in productione cujuslibet instrumenti pars semper debeat citari, per textum in cap. quartæ 3. q. 9. & rationem quod in omni actu, in quo pars potest ladi, semper debeat citari: seu quotiescunque actus expediendus causæ cognitionem desideret & absenti præjudicio esse possit, *Hartmannus Hartman. 3. O. 2. n. ult.* limitat eam regulam dupliciter *Jas. in l. dubium non est, n. 10. & 11. C. quando libellus principi datus.* ut ubi per statutum assignatus est terminus ad aliquid producendum, in tali productione non requiratur partis citatio; tum ut inter sit, an talia instrumenta producantur ad finem probationis, ut tum requiratur citatio partis: secus si tantum producantur, ne tempus præfixum à statuto

tato transeat; atque secundum hanc distinctionem Doctorum intelligendi sunt *Wes. & Treutl. congruit jus Sax. O. P. t. 25. pr. (2)* Ubi instrumenta authentica (*vulgò originalia*) cum exemplis (*vulgò copias*) producta sunt, *vid. Myns. 6. observat. 73.* à iudice recipi debent & postquam exempla cum authenticis ab illo vel notario collata fuerint, parti hæc sunt restituenda, *vid. Vultei. 2. Iurispr. R. 31. n. 97. quod tamen accipio sub distinctione Speculat. de qua vid. Gail. 1. O. 134. n. 23. (3)* In hoc autem differt instrumentorum productio à reliquis probationibus, quod non alligata est ad terminum intra quem testes examinari debent, *Wesemb. d. n. 5.* sed quod deinceps (*id est etiam post publicationem attestationum vid. Gail. 1. O. 115. n. 4. ubi ratio,*) usque ad conclusionem in causa, instrumenta quoque possint exhiberi: nisi disertè iudex præstituerit certum tempus, intra quod omnia instrumenta producenda sint, *Wes. d. loc.* neque enim terminus simpliciter testium examinationi assignatus, præjudicare debet libertati, instrumenta etiam in posterum, usque ad causæ conclusionem producendi: cum si vel maximè testium publicatio facta esset, productioni huic locus foret. *cap. cum dilectus & ib. Myns. nu. 1. de fid. instr.* quin imò, si justa causa subsit, etiam post conclusionem in causa factam, instrumentum exhiberi potest; ita tamen ut juratò affirmet exhibens, de eo sibi antea non constitisse, sed id de novo repertum esse, ex doctrina Bartoli, contra quam licet plures disputent. *vid. Myns. 2. Obs. 53.* tamen Camera eam observat, *vid. eund. d. loc. Gail. 1. O. 107. n. 100. fin.* quid quod & post sententiam aliquando hoc licet? *v. Myns. 4. O. 61* Jure Saxonum in eo etiam parificata sunt instrumenta reliquis probationibus, quod intra ipsum terminum probatorium produci, in certos articulos probatorios redigi, & eorum tenor induci debet, *O. P. t. 24. Berl. 1. concl. 43.* ita tamen, ut sufficiat intra terminum copias iudici oblatas fuisse, ut cum originalibus etiam post terminum producens admitendus veniat, *d. t. 24. §. dergleichen vid. Volckm. part. 1. cap. 57. n. 17.* excipitur itidem casus, quò documenta quis intra terminum non habuerit, ne habere potuerit, atque in articulis sese ad ea retulerit. *d. pr. vers. es were den sache. v. Berl. 1. concl. 38. n. 93. & concl. 43. n. 19.*

§. 2.

Porro quò casu originalia in promptu sunt & exhibentur, iudex, *vid. Wes. de edendo n. 11. pr.* ad instantiam partis injungere adversario debet, ut illa vel agnoscat vel diffiteatur: aut si neutrum horum facere velit, iudex illa pro agnitis habebit ex officio, *Vultej. 2. Iurispr. R. cap. 1. post num. 98. Wurms. lib. 1. tit. 20. O. 1. n. 3. ubi in Camera ita servari restatur.*

testatur, idque sequitur ius Sax. O. P. t. 25. §. weil es auch, ubi vid. si verò
producenti non consultum videatur adversarium ad diffensionem
sacramentalem admittere, sed potius recognoscentes alios tanquam
testes nominare & producere velit: illi prius jurare cogentur de ve-
ritate dicenda & producens articulos cum nominibus testium, nec
non exempla instrumentorum intra terminum afferre, commissari-
osone impetrare debet, & alteri parti liberum relinquendum est,
si de super interrogatoria velit conficere. d. §. da aber: vid. Berl. 1. concl.
44. nu. 21. ubi quatenus iuri communi conveniat, fuse declarat. adl. C. A.
de fid. inst. r. b. 13. & 14.

§. 32

Quod si instrumentum, quò quis usus est, non sit in manu
producentis: tunc interest an sit apud partes, vel apud alium extra-
neum: priori casu reus quidem instrumentum edere regulariter co-
gendus non est, l. 1. l. 4. C. de edendo. vid. Wesemb. par. eod. n. 12. nisi instru-
mentum actori quoque commune sit; & aliis huiusmodi casibus exceptis, quos
vid. apud Berl. 1. concl. 45. n. 28. P. Erid. 2. de process. 48. n. 10. & diverso actor
reus, defensionem suam alleganti, ad eam probandam instrumenta
omnino edere tenetur. vid. Wes. d. loc. A. Fab. C. de edendo defn. 62 & tunc
is contra quem præsumptio est, quod instrumenta habeat, aut edere
aut iuramentò se purgare cogitur, quò scilicet ea documenta nec
habeat, nec malitiosè deserit habere. l. ult. C. de fid. inst. Ruland. 2. de
commis. 5. cap. 25. neque hoc casu, cum quis causà cognita, damnatus est, ut
juret, iusjurandum probationibus declarare potest, uti notabil. decret. 19. No-
vemb. 1621. in Conf. A. D. Decis. MS. Tud. Appell. El. Sax. ult. v. Tessaur. decis.
171. Quamquã verò iure communi, qui editionem postulabat, iura-
mentum calumniæ præstare tenebatur, l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. de eden. tamen
id hodie communiter non exigitur, vid. Wesemb. par. nu. 13. ibid. nisi
quo casu quis videns contra conventum nullam militare præsum-
ptione, iure ordinariæ actionis editionem petere velit, & super edi-
tione convento, quali instrumenta habeat, vel ubi sint, sciat, speciale
iuramentum velit deferre: tunc enim equidem auditur & conventus,
instrumenta vel edere vel iurare tenetur; verum deferens ipse
prius calumniæ iuramentum cogitur præstare. Berl. 1. concl. 45. n. 79.
idque iure Saxon. ita constitutum est. O. P. t. 26. pr. & §. es soll auch.
Enim verò iudex propterea non debet festinanter procedere, & iu-
risiur. præstationem urgere: sed si qui edere iussus est, omnia instru-
menta, quæ penes se habet, proferre paratus sit, audiendus est; & si
nec tum editionem petens contentus sit, sed prætendat plura adhuc
apud

apud adversarium extare; tùm demum jusjurandum postulatae editionis ergò, urgere debet, *vid. Tessauro. decis. 171. vers. sed cum O. P. d. loc. §. da aber.* si verò quis & editionem & jusjur. detrectaret pro qualitate negotii & facultatum, mulctà ad id adigendus est. *v. Pacian. 1. de probat. c. 66. n. 139.* aut si reus restitans fuerit, decerni debet: postulata documenta pro editis haberi. *Pacian. d. loc. n. 174. & 175. Ruland par. 2. lib. 1. c. 26. n. 1.* aut si actoris vices sustineat, deneganda ei impofterum audientia. *Wesemb. de eden. fin.* quæ omnia ita quoque disponuntur, *in O. P. d. t. 26. §. würcde sichs aber.* (ubi & hoc additur, quod si is, à quo editio postulata fuit, juraverit, eò quidem sublevetur ab ulteriore editione: si tamen producens documenta aliunde nactus fuerit, eaq. ad recognoscendum proponat, nihilominus ad recognitionem cogendus sit: Quæ cuncta manifestam rationem habent.) Alterò casu, quò instrumentum est apud extraneum seu tertium (quibus autem casibus justum sit ut extraneus, maxime privatus, instrumenta edere teneatur *vid. apud P. Frid. d. loc. nu. 11. Vm. disp. 17. n. 33. A. Fab. C. de edendo. def. 8.*) iudex detrectantem, si quidem jurisdictioni ipsius subest, literis compulsorialibus, (*v. Gail. 1. O. 134. n. 1. Volckm par. 1. c. 6. & seq.*) si non subest, requisitorialibus adigere potest, ut instrumentum in iudicio exhibeat. *Vultei. 2. Jurispr. R. c. 31. n. 105.* congruit jus Camerale. *vid. Gail. 1. O. 106. P. Frid. d. loc. & jus Sax. d. tit. 26. §. ult. pr.*

CAPUT IV.

De delatione jurisjurandi.

Sequitur apud Marantam præstatio jurisjurandi scil. decisoriū & calumniæ specialis (*de generali sup. sect. c. 3. §. 3.*) quod ab eo requiritur, qui jusjurandum decisorium defert. *Wes. d. comment. C. de jud. n. 81.* Nimirum actor, etiam si nihil probaverit, (*uti est communis opinio, vid. Vmm. disput. 14. n. 41.*) reo juramentum litis decisorium, approbante iudice deferre potest. *vid. Treutl. 1. disp. 21. thes. 9. & novissime hanc opinionem propugnantem Berlichium 1. concl. 29. n. 5. & seqq. confer l. 34. §. 6. l. 35. ibi, omnibus probationibus defici. l. 38. de jurej. l. ult. C. de fideicom. l. ult. §. 10. ibi, per sacramentum illius, si aliæ probationes defecerint. C. de jur. delib. l. 25. §. pen. de probat. l. 11. §. 1. de act. ver. anot. idque non tantum ante sed & post litem contestatam, l. generaliter. 12 fin. pr. C. de rebus cred. communem illam sequitur etiam jus Saxonicum, sed hætenus, ut delatio jurisjurandi ab actore (secus in reo, uti mox dicitur,) ante guarandæ præstationem & litis contestationem fiat: nam pœnitere post guarandam non licet. *Landt. R. art. 11. lib. 2. Fachs. disp. 53. & delatio pro mutatione libelli habetur, quæ post litem contestatam recipi non solet. Wes. de jurejur. n. 9. pr. Comm. C.**

n. 6. constit. Elect. 11. part. 1. v. Volckm. p. 1. de A. Nicl. 55. n. 1. etiamsi ea de re solenniter fuerit protestatus, O. P. t. 18. pr. Berl. d. loc. n. 5. 6. nisi ista litis contestatio non pure, sed conditionaliter & eventualiter facta & guaranda praestita fuerit. d. pr. in fin. Berl. n. 59. praestitio prius (si a reo petatur. v. Wes. de iurejur. calum. n. 5. circa fin.) iureiurando calumniae, d. l. 34. §. qui iusjur. l. 37. d. t. O. P. d. t. 18. §. nach dem auch das jenige. Jure Sax. non per procuratores sed principales ipsos, ut reliqua omnia, praestandum est. O. P. d. tit. 18. in fin.

§. 1.

Atque hoc iuramentum delatum reus in continenti vel suscipere & praestare, l. 5. §. fin. junct. l. 34. §. 6. de iurejur. vel actori deferenti referre, (exc. p. quibusdam casibus, ubi referre nequit, quorum XIII. recenset Gilken. l. 12. §. 1. d. t. XVII. Caroccus de iuramento decisorio, quest. 22. pr.) debet; d. l. 34. §. 7. l. 38. d. t. alterutrum enim facere cogendus est. Vm. n. 28. (nisi conscientiae religione testibus & idoneis probationibus supplere & ita necessitate iurandi declinare velit, wañ er sein gewissen mit beweisen zu vertretten wolle. Wes. d. l. & 1. consil. 3. n. 49. iteq. consil. 58. O. P. t. 19. ubi quid hoc casu iudici agendum sit, eleganter exponitur. v. Berl. 1. concl. 31. & tunc si in probationibus illis deficiat vel parum relevanter probet, nihilominus postea ad iurandum admittendus est. Const. Elect. 14. vers. da er auch gleich. part. 1. Berl. 1. concl. 30. n. 16. & 16.) Quod si reus iusiuratori actori referat, iurare hic omnino cogetur aut denegabitur ei actio; sed nec iusiur. calumniae reo referenti imponetur: cum non sit ferendus actor, si eius conditionis nomine, quam ipse detulit, de calumnia sibi velit iurari. d. l. 34. §. ait pr. etor. d. t. conf. Wes. d. loc. congruit. O. P. t. 18. §. ferner die Relation belangend. vid. Berl. 1. concl. 32. n. 47. semel autem susceptum iusiurandum hoc, non potest referri (iuramentum enim hoc speciem transactionis habet, adeoque & hoc cum aliis conventionibus commune, quod poenitentiae locus non sit. arg. l. 5. C. de O. de A. conf. Berl. 1. concl. 32. nu. 44. qua de re in tr. de poenitentia juris exquisita sumus acturi) nec probationibus conscientia defendi. fac. O. P. tit. 19. pr. vers. dieses aber / ubi ratio.

§. 2.

Tempus autem intra quod quis iurare cogitur, utcumque ex l. 5. §. ult. & seq. d. t. videatur ipsum illud momentum quo defertur, (quasi deferens iusiurandum ea cogitatione hoc faciat, quod reum ita affectum videat, ut ex tempore iurans non sit facile peieraturus, qui ex intervallo, vel persuasione alterius vel utilitate rei victus & c. consilium facile mutare & turpiter posset pejerare. Duar. in prior. Comment. de iurej. c. 13.) à Dd. tamen hoc ita explicatum est, ut delatam iurandi conditionem illico acce-

acceptasse sufficiat: tunc autem dilatio peti possit ad deliberandum, quomodo & quid iurare quis velit, *d. l. 34. f. Bart. in l. 4. §. ult. nu. 1. 2. 3. d. 7.* Jure Saxonum is, cui iusiurandum delatum est, intra octiduum, ab eo die, quo sententia vim rei iudicatae obtinuit, instare debet, ut adversarius intra terminum Saxonicum citetur, in quo termino ipse iurare tenetur, *O. P. t. 18. §. wann man also* (in quibusdam tamen iudiciis, quibus habendis certi per singulos annos termini sunt constituti, dilatio competit usque ad proximum iudicium: *vid. I. Schultz observat. 51 n. 11.*) quod si in termino, nullâ prorogatione suspenso, sine legitima causa emanet, amplius non admittitur, sed iuramentum pro deserto habetur: & reus quidem, si actor iurare debuit, absolvitur, actor verò si reus non iuravit, consequitur id, quod actione sua complexus est. *d. loc. vers. da er aber in termino.* Sanè si parato adversario iurare, is qui delatit iusiurandum hoc remittat, voluntate suscepti iurisiur. contentus, perinde habebitur atque si iuratum esset. *l. 5. §. fin. & l. 6. d. t. vid. Vmm. d. disput. 14. num. 64.* potest tamen etiam non remittere & ante præstitum iuramentum illud revocare adque probationes reverti, *Wes. d. n. 9. m.* idque non tantum verum est eo casu, ubi spatium deliberandi fuit petitum, *in l. 11 n. 1. C. de iurej.* sed & ubi conditio iurisiurandi iam tum est acceptata, *d. l. 11.* Rationem assignat *Duarenus elegantem in Comment. prior. ad tit. de iurej. c. 3.* quod adversus bonos mores peccaret, si invito deferente in re sua iurare & sibi metipso quasi testimonium velit ferre. Præsertim cum deferens paratus sit, intentionem suam testibus & instrumentis plenius ostendere. Quamobrem etiam iure Sax. repudiata *Wes. d. n. 9. m.* ubi, nam Saxonico, receptum est: uti & post factâ delationem iuramentum sententiâ interlocutoriâ (uti moris est) iniunctum, actor interpositâ leutatione revocare & intentionem suâ instrumentis vel testibus queat probare. *vid. Moller part. 1. const. 14. n. 3. Vmm. n. 65. O. P. d. tit. §. ob man gleich.* Et hæc de delatione & relatione respectu actoris.

§. 3.

Quod si reus exceptiones conscientia actoris velit committere (*id est, iusjur. illi deferre, vid. Berl. 1. concl. 29. n. 68.*) facere id potest, non tantum in principio sed & medio; imò vel ipsâ sententiâ definitivâ iam imminente, tam iure civili, *d. l. 12. sub fin. pr. & §. omnem. C. de reb. cred.* quam Saxon. *O. P. d. t. 18. da aber der beflaate.* quia reus exceptionem, lite demum contestatâ proponit, eiusque exceptio iudicium non mutat, *Wes. d. n. 56. C. & d. n. 9. pr. in par. Berl. 1. concl. 29. num. 61.* nisi iam tum probatio reo fuerit per sententiam iniuncta, aut ad probationem

tionem faciendam ipse se obtulerit. d. §. ratio est: quia appellatione probationis intelligitur plena & legitima, l. Lucius. 83. de condit. de demonstr. probatio autem per iuramentum non est talis. l. fin. C. de prob. sed relevatio potius ab onere probandi, l. 30. de iurejur. Wes. de probat. n. 3. Zang. part. 2. de except. c. 19. n. 32.

§. 4.

Denique si iusiurandum hoc iudiciale præstitum fuerit, iudex secundum iuramentum pronuntiabit, l. 34. §. fin. h. t. Donel. 24. Comm. 18. quippe cum deferre iusiurandum nihil aliud sit, quam facere potestatem iurandi hac lege, ut si iuratum sit, decisio legis sequatur. Don. tract. de iurejur. cap. 11. & tamen plurimi negent sententiã declaratoriã opus esse. Wes. par. d. nu. 9. vid. Vm. disp. 14. n. 63. affirmatio tamen & iure adferri potest. vid. Treutl. 1. disp. 21. th. 9. lit. e. & usu recepta est. teste ipso Wes. ut & iure Saxonico 1. const. 15. O. P. t. 18. §. wann nun also einem. & hæc de iurejur. iudiciali.

§. 5.

Nunc & de illo iureiur. aliquid dicendum est, quod in supplementum probationis à iudice deferretur, & suppletorium ex re dictum est. Hillig. 24. D. E. 19. lit. D. Treutl. d. disp. 21. th. 10. quanquam etiam, quia necessarium præstandum est, nec referri potest; vel quod ex necessitate introductum sit: necessarium appelletur; siquidem ad illud demum devenitur, ubi controversia ita est affecta, ut iudex sine eo nesciat, cuiusnam causam potiore pronuntiare debeat. Interest verò an causa sit æqualiter dubia, an vero simul sit præsumptio pro alterutro litigantium: ubi causa æqualiter ita dubia est, ut nulla sit ratio cur in alterutram partem iudex inclinet, puta, quia aut probatio nulla ex utraque parte allata est, vel quia æqualis ab utraque parte allata est; semper iudicandum est pro reo: priore casu idè, quia actore nihil probante reus tamen & ipse nihil fecerit absolvitur. l. 4. C. de eden. posteriore, hoc est, si probatio ab utraque parte sit æqualis, idè quia in pari causa melior est conditio possidentis & in specie rei; ad cuius liberationem iura semper priora sunt: adde quod reo æqualiter probante, probationibus contrariis & ex æquo fortibus depugnantibus, res in eam causam deducitur, ac si neuter quicquam probasset. l. 188 de R. I. quo casu reum absolvendum esse; modò demonstratum est. Altero casu cum causa quidem est dubia, sed tamen vel præsumptio est pro alterutro, vel ratio alia, propter quam iudex in alterutram partem magis propendat: tunc reus non absolvendus, sed iuramentum hoc illi, pro quo præsumptio ista militat, deferendum est: &

est: & actori quidem; si reus intentionem ipsius simpliciter negavit, actor vero illam semiplenè probavit. *l. 3. C. de jur. cap. ult. §. 1. ib. nisi iudex actori. x. de jurejur. Vm. disp. 14. n. 74.* nec ulla contra eum repugnat præsumptio. *v. A. Fab. C. suo de R. Cr. defin. 18.* è diverso si reus intentionem actoris per se quidem veram esse concedat, verum per oppositam exceptionem eiusmodi quid adferat, cur damnari non debeat, idque similiter semiplenè probet: dicendum videtur, ipsi reo iuramentum suppletorium deferendum esse, ut hoc præstito iudex ipsius iuramentum sequutus, reum ab actione instituta liberet. *Vmm. d. loc. Hillig. d. loc. lit. y.* & tunc iuramentò hoc præstitò alteruter non tam sibi proprium testimonium dicit, quàm potius eodem iudicem, iam ante ad partem suam inclinantem, confirmat, ut validiùs statuere auserit, vera esse, quæ iam pridem per imperfectam probationem allata sunt. *conf. Berl. 1. concl. 53. n. 66.* quin & iudex si utrinque semiplenæ probationes, omninò æquivalentes allatæ fuerint, qualitatem personarum respicere & illi, quem magis veritatem dicturum præsumit, iuramentum deferre poterit. *l. testium. 3. pr. & §. 1. de test.* quanquã iusiur. hoc ita liberè deferri non possit, ut superius, sed causâ cognitâ; cum iudex dominus litis non sit: quæ ratio fuisse videtur, quod aliqui non nisi ad petitionem partis, iuramentum hoc deferri posse statuerint. *Wes. d. n. 10. pr. Schurf cent. 2. consil. 47. n. 1.* cum verius sit iudicem etiam non requisitum ex officio deferre posse. *l. 3. C. de jurej. ib. oportet:* non tamen ita cogitur, ut propterea cuiquam teneatur. *arg. l. 31. vers. solent de jurej. vid. Berl. 1. concl. 53. n. 35. & seqq. planè in causis arduis & magnis. v. Gail. 1. O. 108. n. 11. Berl. 1. concl. 54. per t. vix illud licitum fuerit deferre. conf. const. Elect. 23. part. 1. O. P. t. 50.*

§. 6.

Potest autem iudex hoc jusjur. deferre non solum ante sed & post conclusionem in causa, etiam in secunda instantia, *l. 12. vers. omne igitur. C. de reb. cred. Berl. 1. concl. 53. num. 57. v. Asin. d. §. 3. c. 27. Diss. Dd. allegati à Gail. 1. O. 108. num. 3.* An vero pars etiam, post terminum probationis elapsum, sibi hoc iusiurandum deferri, potest petere? Utique, etiam post aperturam attestationum, usq; ad conclusionem in causa. *v. Vmm. disp. 14. n. 92. Berl. 1. concl. 53. n. 58.* ubi tamen contra Beistium concludit, diversum esse Jure Sax. quò, quia terminus probatorius lege definitus sit, ideo eò elapsò omnis ratio probandi deinceps partibus sit adempta, *n. 61.* in secunda tamen instantia, eo iure rectè iterum peti. *n. 63.* In Camerâ quanquam pars post conclusionem in causa frustra hoc idem petat, *Gail. 1. O. 108. n. 2. ubi ratio;* ex officio

tamen iudex deferre etiam tūm potest. *ib. n. 4. Berl. n. 56. multa enim iudici permissa sunt, quæ partibus prohibita. Gail. d. loc. n. 6.*

§. 7.

Et hæc de iure iurando quod in iudicio parti defertur: de extra iudiciali, quod voluntariū vocant, hīc locus agendi non est: propius huc spectare videtur (*contra Tr. 1. d. 21. th. 3.*) iuramentū purgationis, quod tamen si præcipuè in criminalibus, v. *Heig. 1. q. 40. n. 32.* & in matrimonialibus causis, ex officio iudicis (*etiamsi petitū non fuerit*) reo, si legitima præsumptio contra illum fuerit deducta, imponi potest: tamen communiter placuit, illud etiam, iusta ex causa, in civilibus iudicem deferre posse. v. *Treutl. d. disp. 21. th. 5. lit. b. congruit Const. El. 22. part. 1. sc. quando fundus causæ nulla meliore ratione potest penetrari, O. P. t. 32.* Et præsumptio est contra reum, imbecillior & inferior semiplenâ probatione: seu ut *Wes. de iurej. n. 10. m. loquitur, cum suspicionibus tantum oneratus est reus.* tum enim iudex illi iusiurandum deferre potest, ut sese purget, *c. fin. t. 1. de purgat. Canon.* Aliàs enim si præsumptio sit fortior, actori potius iuramentum suppletorium fuerit deferendū, *p. r. d. super. §. 6.* Nisi fortè causa sit ardua, vel aliàs talis: ut nec semiplenè probanti iuramentum deferri possit. *vid. Heig. d. loc. n. 42.* aut iudex iustas causas, (*quæ ex circumstantiis, arbitrio illius estimadæ sunt,*) habeat, cur purgationis potius, quàm suppletorium deferat: qui sensus esse videtur *Const. El. 22. p. 1. ubi Moll. n. 4. Tr. d. d. 21. th. 5. b.* Sanè cum actor intentionem suam plenè probavit, iudex iuramentum purgationis deferre non potest. *cap. fin. §. 1. x. de iurej. ubi Dd. vid. Volckm. part. 1. d. A. N. cap. 9. form. 7. n. 23.* et si enim probationes arbitrariæ dicantur, & ab arbitrio iudicis pendere, v. *Wes. de prob. n. 3.* tamen iudex eas quæ lege pro integris & plenis habentur, ipse quoque sequi & pro integris habere debet, ne ius commune partibus intervertat. *ib. n. 10. fin.*

C. A. P. V.

*De actorum editione, probationum publicatione & discussione,
incidentis falsi questione, testium reprobatione,
Tortura, conclusionem in causa, Allegationibus juris.*

§. I

Decimò locò Maranta agit de actorum (*hoc est, eorum quæ coram iudice facta sunt. Br. l. illud. nu. 1. C. de SS. Eccles.*) editione: puto quia & his fides, id est, probatio veritatis investigatur. *l. 5. C. de edendo. ubi Pac. in anal.*

in anal. n. 21. ut propterea superioribus subiungi debeat; & quia affinitatem habet cum editione & publicatione processus, in confinio huius tractari mereatur: Acta iudicialia intelliguntur vel inter alios, & quoniam publica sunt; (non solum quod fidem publicam habeant, sed etiam quod publicè facta sint,) ad cuiusque postulationem sine ullâ exceptione decernuntur, dummodo interesse doceatur. arg. l. 4. pr. l. 6. §. unde. l. 10. §. cum autem. de eden. v. A. Fab. C. de eden. defn. 8. quod tanquã singulare in actis Dd. passim notant. Vm. disp. 17. n. 36. si. v. tn. Gail. 1. O. 106. n. 3. vel inter eosdẽ litigantes, & vel in diversa causa, quæ quatenus edenda sint, v. Masc. concl. 33. sc. iterũ, si deductũ fuerit interesse petentis Br. l. 1. §. editiones n. 3. d. t. Med. reg. 8. vel in eadẽ. & vel in primã instantiã vel in secundã: In prima instantia quatenus positiones, articuli & interrogatoria edi & cõmunicari partibus debeant, supra dictum; sed & producta instrumenta fortè edi poterunt, si iudici interesse probetur, Marant. hic nu. 51. & alia quæ absente & non citatã parte sunt gesta, v. P. Frid. 2. de process. extr. c. 47. nu. 10. vel citatã quidem, sed absentiam purgante, ib. ut & allegationes iuris, si eas ad acta referri, petitum sit: secus si iudici seorsim ad eius instructionem fuerint exhibitæ: Ita dissentientes in hoc articulo Dd. conciliat Marant. n. 58. fin. P. Duen. reg. 5. sanè attestations, ante publicationem, parti minimè edendæ sunt: sed secretæ manere debent iudici & Notario, propter metum subornationis. v. eund. n. 56. Eo vero casu, quẽ adponunt Dd. quos etiam P. Frid. d. loc. sequitur, quò mortuus sit vel remotus iudex; si verè rem putemus, productione actorum non videtur opus esse, cum iudex per se debeat acta videre Ias. d. l. 2. C. de eden. n. 14. arg. l. 69. de jud. Don. 23. Comm. 8. In secundã instantia, iudex à quo, actorum copiam, sub suo sigillo iudiciali, appellanti edere tenetur. vid. Gail. 1. O. 134. quã de re alibi. Quandoquocunque autem editio facienda est, iudicem id iubere sufficit, notario editionem faciente, sumptus autem propterea erogante eo qui petit, Marant. n. 59. & 22. qui actuarius ea describi faciet integra, cum die & Conf. A. Fab. è Br. d. defn. 8. nu. 3. & defn. 2. nu. 1. ibi editio facienda est cum die & consule, quoties fit ad probandam intentionem licet aliud sit in ea editione, quæ fit ad iudiciũ preparandum. Mynsing. c. 1. de probat. n. 37. Pacian. 1. de probat. c. 66. n. 61. in fin. originalia vero edenda non sunt, Marant. n. 64. v. Gail. d. O. 134. nu. 22. & semel impetrata editio repeti ex causã potest. Ias. d. l. 2. n. 2. de hac editione est. R. A. D. d. Lusatie part. 1. sect. 13. von abcopierung der G. rich. s. Acten.

Elapsõ

§. 2.

Elapsò terminò probatoriò, siue probationes factæ fuerint siue non, potest alteruter litigantium instare, ut fiat publicatio processus, eò siue, ut partes copiam examinis testium obtineant, contra excipiant, vel pro illis alternis dicant. *Wes. d. test. n. 5.* Apertura igitur attestationum facienda est à iudice. (*nam commissarius attestaciones publicare non debet, sed rotulū earum clausum ipsi committenti transmittere. v. Gail. 1. O. 96. n. 9. Rul. 2. de com. 2 c. ult.*) partibus ad id citatis. *c. in nomine 2. cap. 2. 5. x. de test. es soll zur publication attestatorum förderlichst eitt termin angeferet werden / R. A. D. Lusat. part. 1. sect. 20.* atque licet illæ non compareant, *Wes. C. de jud. n. 83.* vel tantum is, qui producit, *cap. constitutus. 30. ext. eod. O. C. part. 3. t. 12.* iudex testium depositiones & attestaciones publicabit, hac formula: dicta testium in hac causa publico eaque pro publicatis haberi volo. *Rosb. in process. civili t. 6. nu. 4.* & copiam eorum utrique litigantium communicabit. *cap. quoniam. vers. & omnia. ext. de probat. O. C. part. 3. t. 17. pr.* cujus publicationis finis & effectus est, quod super iisdem vel directò contrariis articulis, *Gail. 1. O. 105. n. 2.* testes amplius non possint produci. *Nov. 90. cap. quia v. 4. post pr. cap. 25. & 28. de testib.* idque ob timorem subornationis: *cap. 17. & 18. ext. eod.* sed tantum de eorum dictis disputari. *Myns. 1. O. 41.* (exceptis nonnullis casibus, qui ponuntur in *Auth. at quod semel. C. de probat. cap. fraternitatis. 17. de test. conf. Farinac. de testib. quest. 75. n. 98. Obr. disp. 4. de probat. th. 54. Gail. d. loc.*) itemque nec aliæ probationes adferri. *vid. Berl. 1. concl. 40. ubi fallent. longo examine producit. Congruit Styl. Sax. 1. const. 16. in fin. Tr. 2. d. 5. th. 9. g.*

§. 3.

Sanè si pars altera, ad producentis susceptam probationem, reprobationem deducere velit: in illis casibus ubi ea locum invenit, (*vid. Berl. 1. concl. 39. n. 17.*) admitti debet; si maximè hoc ipsi in sententia, qua alteri parti probatio fuit imposita, expressè non fuerit reservatum, nec ipse hoc sibi per protestationem reservarit. *Wes. de prob. n. 8. Pac. epit. Iur. disp. 26. n. 26. 6. Const. El. 16. p. 1. K. A. O. L. part. 1. sect. 20. cui ut in multis aliis capitibus verbotenus respondet O. P. t. 21. pr. ubi vid.* Id verò fieri debet itidem in termino *Jur. Sax. sex septimarum & trium dierum,* ab eo tempore, quo producto citatio, ad publicationem probationum producentis fuit insinuata, computandarum. *d. Cost. 16. §. Wesemb. ubi Moll. n. 11.* Idque si reprobationem directè contrariam velit instituire: nam si talem non intendat, etiam post publicatam

ea tam adversarii probationem id facere potest. v. Volckm. p. 1. c. 35. n. 1. med.

§. 4.

Post publicationem attestatorum usitatum est iudicis instruendi & rei dilucidandæ causâ, exceptiones & disputationes contra personas & dicta testium admittere. *Wesemb. de test. n. 6. fin.* idque ita ut primò terminus intra quem producens sua jura ex attestationibus deducat, petatur. *Wehner. in verbo Wissenschaft.* (jure Sax non actor sed reus disputationem incipit, & exceptione actoris intentionem infringit, *Berl. 1. concl. 48. n. 12.*) qui tamen non prius incipit currere, quàm copiarum attestatorum descriptarum & procuratoribus traditarum fuerint. *O. C. part. 3. t. 8. pr. §. 2.* (adeoque id tempus jure communi est incertum: cum jure Saxonum iudex copias attestatorum publicatarum quam primum partibus tradere, terminum certum præfigere, nec ultra duos menses id differre debeat. *Berl. d. loc. n. 7. & 17.*) qua in re tamen iudices animadvertent, an procurator attestaciones in continenti diligenter fecerit describi, & quando copia illa ipsi sit tradita: quod ex protocollo magistractorum, seu præfecti cancellariæ facile conspicitur. *Rul. 1. de commiss. 6. cap. 3. n. 1.* hierumb soll aber mit Reich angehalten vñnd heut Theil vergebens vñnd zu vñngebühr hiemit auffgezogen werden. *R. A. D. Lusat. part. 1. sect. 21.* (2) Postquam producens probationes factas juribus & rationibus munivit, subsequitur à parte rei scriptura quasi elisiva quam exceptionem vocant: nimirum per quam reus impugnat probationes factas, forsan prætendendo, quod testes sint conjuncti, falsarii &c. & deinde suos defensionales articulos, si quos exhibuit, itidem allegatione facta, communire solet. *Vm. disp. 18. n. 22. & 24.* (quæ forma jure Sax. servatur vid. *Berl. d. loc. n. 16.*) tempus ad hanc rem jure communi itidem non est certum: Jure verò Saxonico alternis partium disputationibus singuli termini Saxonici von 6. wochen bis zu 6. wochen cum triduo præfixi vid. *Berl. n. 9. fac. R. A. D. Luf. d. lo. ibi:* soll product. innerhalb Sächsischer Frist/ von zeit erlangter Abschrift zurechnen/ seine exception cōtra personas & dicta testium oder anderer seiner Nothturfft einbrinngen vñnd zugleich seinen gegen beweis/ da einiger vorhanden vestiren: atq; sic etiam producens, fac. sequentia ibid: (3) hoc peractò, producens actor ad replicam, seu potius ad confirmandas priores allegationes factas, & ad refellenda ea, quæ pro defensione rei adducta sunt, progreditur: Reus verò ad triplicam, ut quæ jam ante refellere voluit, ulterius arguendo refellat & juxta defensionales suos ab oppugnatione factâ liberet, & ita deinceps

K

Vm.



Um d. n. 24. m. Atque sic jure Communi certus numerus hifce difpu-
tationibus præfinitus non eft §. 2. & 3. l. de replic. (quanquam judex ad
evitandam infinitatem certum numerum iis poffit præftituere. Auth. jube-
mus C. de judic. imò R. A. zu Spener. anno 70. statutum & decretum fuit,
das ein jede Partey auff die publicierte Atteftationen nur zwei Schriff-
ten einbringen/ vnd damit in diefem Punct beſchließen ſollen. §. was
vnd wie viel. quod confirmatum & in uſum revocatum fuit per deput. A.
anno 600. §. nach dem: idq. jur. Sax. etiam 1. Conſt. 18. & R. A. D. Luſ. ſect.
10. §. vnd ſoll vber & ſect. 21. prudentiſſimè receptum eſt. vid. Volckm. p. 3.
cap. 1. & ſeqq.

§. 5.

Huc pertinent ea quæ Maranta tractat XII. loco de quaſtione
incidentis falſi, quod in teſtibus aut ſcripturis (quatuor enim modis potif-
ſimum committi falſum, tradunt, factio Cudentis nummos adulterinos, de
quo t. t. C. de falſ. monet. ſcripto Notarii, exarantis falſum Inſtrumentum,
quo legis Cornelia reus fit. v. C. A. ad L. Corn. de falſ. th. 2. n. 13. Idq. prius di-
ſcutiendum eſt, quam puniatur quis ob id, quod falſo inſtrumento uſus fit. v.
A. Fabr. C. ib. def. 12. n. ult. Tertio dicto, ut in falſo teſte: quarto denique uſu,
cum quis falſis probationibus utitur. Mascard. conſul. 739. in f.) admiſſum
deprehenditur: quam quaſtionem judex admittere & ſiquidem
contra teſtem moveatur, in cauſa principali pergere (quod intelligo, ſi
alii teſtes vel probationes ſint ab hac impetitione libera, ex quibus de cauſa
judicium fieri poſſit: aut ſi judex ſuſpicetur ejusmodi exceptionem differendi
judicii cauſa propositam eſſe. arg. l. 1. C. de jure j. l. ſatis aperte. C. de falſ. Nam
ſi omnes vel plures probabiliter de falſo accuſentur, in cauſa ſuperſedendum
eſſe arbitror, cum valde metuendum ſit, ne iniqua ſententia feratur l. ſi do-
cuerit. C. de falſ. l. 1. C. de his qui accuſ.) ſi contra producentem ipſum,
ſuperſedere debet: ita Maranta hic & convictum de productis ſcien-
ter falſis teſtibus, ut falſarium punire: vid. Foller. prax. crim. verb. item
quod commiſit falſitatem n. 40. æquè ac ſi ipſe falſum depoſuiſſet. l. 24.
C. de probat. l. ult. C. de fid. Inſt. Decian. 5. reſponſ. 51. n. 15. quod ſi & actor
producat falſa inſtrumenta & iis utatur ad probandū v. c. creditum:
& reus pariter utatur falſo inſtrumento ad probandam ſolutionem,
ambobus falſi nota inurenda eſt. Bald. in rubr. C. de fid. inſt. nu. 53. conſ.
P. A. Morl. in emporio juris n. 58. Sanè cauſam ipſam amittit is demum,
qui commiſit falſum circa acta ipſius cauſæ; non etiam qui circa te-
ſtes aut inſtrumenta. I. Clarus. §. falſum. n. 41. Niſi quod defectu pro-
bationum neceſſe ſit cauſa cadere & illum, qui ſuam intentionem
probare & implere non potuit. A. Faber. C. de falſ. defin. XI. Quod
autem

autem. *Wes. C. de judic. n. 85.* testem convictum de falso incidenter dicto, non puniendum esse de falso statuit: id ita accipiendum est, si testes, & testimonia simpliciter reprobentur. *vid eundem par. de his qui not. infam. n. 5. fin.* Nam si quis dolo malo falsum testimonium dixerit, omnino de falso tenetur, *l. eos. 27. ad L. Corn. de fals. l. 9. eod. ubi Wes. ipse in par. n. 4. l. 16. de testib. maximè si duo testimonia contraria in judicio solenniter deposuerit. Iohan. Franc. Ponz. de Lamiis n. 84. Afm d §. 3. c. 52.* aliter atque si extra judicium aliquid, diversum verò iterum in judicio dixisse, perhibeatur; cum prior illa depositio, sine juramento, iudice & solennitate facta fuerit. *arg. l. 4. §. 6. d. R. Jur. vid. Bargal. de dol. l. 3. c. 9. n. 59. C. A. ad L. Corn. de fals. th. 2. n. 2.* quanquam nec talis testis impunitus dimittendus, sed propter mendacium dictum in judicio poenâ pecuniariâ coërcendus sit. *v. Menoch. casu. 312. Vasq. 2. contr. 30. n. 4. Campeg. tr. de testibus. concl. 414.*

§. 6.

Denique huc etiam pertinet caput decimum tertium apud Marantam de testium reprobatione & repulsione, ex circumstantiis personæ, qualitate dictorum, aut forma examinationis. *v. Wes. d. test. n. 7.* Cæterum in universum hæc tota res pedit à iudicis arbitrio, cujus est prudenter æstimare quantum fidei testibus adhibere debeat. *l. 3. §. 1. l. 21. §. ult. de testib. ubi vid. Wes. n. 6. circa finem. & sup. §. 9. c. 2.* Decimo quarto loco ponit Maranta *torturam* eruendæ veritatis gratiâ faciendam: quæ quidem quoad principales in criminalibus tantum obtinet. *l. 8. de quest. Marant. n. 5.* Quod verò in causa civili testes variantes, propter suspicionem falsi torquendi sint, ex allegata à Maranta Auth. *si testis in fin. C. de testib. (ubi vox questionis simplicem disquisitionem, non torturam aut tormenta significat) ineptè probatur (ad alia loca l. 15. pr. l. 18. §. 3. de quest. Nov. 90. c. 1. aliter potest responderi)* Maximè cum *torturæ* non sit locus, nisi in causa & accusatione criminali, eaque atroci & capitali. *l. 1. pr. l. 8. d. 1.* Tametsi verò crimen falsi etiam tale esse, disputari possit; id tamen si de eo principaliter, & publicò institutò iudiciò; non si incidenter quaeratur, exaudiendum fortè erit. *Wes. n. 85. aut persona vilis & ignota sit. C. A. th. XI. n. 8.* Pragmatici in diversa discedunt. *Hartman Hartm. lib. 2. tit. 15. O. 15. A. Fab. C. de test. definit. 55. & 57.* eaque alterius loci sunt. *Conf. Fab. ib. ad L. Corn. de fals. def. 8. n. 5. Gothof. in not. ad Auth. ap. eloquentiss. C. de fid. Instrum. lit g.*

§. 7.

Nos XV. sc. causæ conclusionem seu renunciationem ulterioribus allegationibus (quarum hanc partibus, illam iudici tribuunt) videamus.

mus. Et si quidem initio inter partes convenerit, aut lex vel statutum
requirat ut duabus vel tribus scripturis aut productionibus partes
concludant; tum iis productis, causa habetur pro conclusa: quod idem
est, si terminus intra quem omnes allegationes producantur, à iudice fuerit
propositus. Felonus in c. exceptionem n. 8. & nu. 23. de except. Citra hæc si
fuerit, iudex finitis allegationibus ac responsionibus quærere ex liti-
gatoribus debet, an aliquid ulterius habeant, quod proponant. l. 9. C.
de judic. c. judicantem. 30. quest. 5. si ambo dicant, se nihil habere; jubet
renunciare ipsos allegationibus, atque ita ipse in causa concludit:
quod si maximè contendat se aliquid habere, iudex verò sufficien-
ter dictum esse putaverit, nihilominus eos jubere potest renunciare:
c. 36. & seqq. de testib. adeoque si pars alterutra, post sufficientem dila-
tionem concludere tergiverfetur, iudex causam ex officio pro con-
clusa acceptare & in ea pronunciare potest. Nov. 115. cap. sed & hoc. 2.
cap. 5. de caus. process. & propriet. & c. 9. de fid. inst. Wesf. ad d. auth. jubemus C.
de jud. n. 15. Moribus nostris plerumq; ipsæ partes in novis scripturis
renunciant & concludunt hæc ferè clausulâ: da nichis neues vom ge-
genheil ein gebracht / will er hiemit in Gottes Namen zum vrtheil be-
schliessen. ib. n. 16. vid. O. C. part. 3. t. 21. & seqq. (in interlocutoriis brauchet
man das wort submittiren, in definitivis aber wird beschliessen. Besold.
Thes. pract. verb. in sachen beschliessen.) Tametsi verò hanc nonnulli
de substantia processus esse negent, ita ut absque vitio nullitatis o-
mitti possit, quos allegat & redarguit Vmm. disp. 9. n. 1. attamen certum
est in Camera nullam sententiâ publicari (ne interlocutoriam qui-
dem) nisi in causa legitimè conclusum sit. Gail. 1. obs. 107. congruit R.
A. Ord. Lusat. part. 1. sect. 18. §. vnd soll. ib. allewege in bestimbten ter-
min zum vrtheil beschliessen werden. conf. Berl. 1. concl. 48. n. 29. & 30. id-
que factum fuisse, ad acta referendum est. D. Horst. d. lib. 4. c. 29. Enim-
verò quod ad iudicem in causa nunquam ita concluditur, ut is eam
conclusionem rescindere & rei necessitate suadente ulteriorem
probationem requirere & injungere non possit. Asin. §. 3. c. 6. membr.
7. conclusio enim in causa, manus ligat partibus non iudici. Pac. epit.
jur. disp. 27. n. 12. lit. x. quod & in Camera quotidie observatur. Gail.
d. loc. n. 5.

§. 8.

Istò locò Wesf. comment. C. de judic. n. 89. subjungendam putat in-
rotationem actorum; ad quam partes citandæ sunt, cum multum
in ea re situm sit, ne quid insciente parte alterutrâ actis vel addatur
vel detrahatur. c. ceterum. 3. ext. de rescript. quam obrem Berl. 1. conclus.

48. n. 1.

48. n. 1. partes admonet, ne statim, postquā conclusum est in causa, recedant, sed in rotulationi actorum interfint & adstant. R. A. D. Lus. p. 1. sect. 10. §. vnd soll. *ibi die acta nachmals auff vorgehende ordentliche citation in beysein der Parthenen collationiret, inrotuliret &c. ac quemadmodum iudex cum actorum inrotulatione ulterius procedere debeat, exponitur sect. 12.*

§. 9.

Ultimum hujus secundæ partis articulum statuit Maranta allegationes & disputationes juris, *qua in re post Asin. in prax. Florent. eum sequitur Pacius disp. 27. n. 13.* Id autem quam rationem habeat, videre se negat *Vmm. disp. 18. nu. 18.* præsertim cum Dd. præallegati ipsimet statuunt, quod post conclusionem in causa nihil dici aut allegari debeat. Enimvero arbitror Doctores illos non intelligere disputationes & allegationes circa jus & factum, *de quibus supra (quamquam Pacius has ipsas loquatur)* sed allegationes & informationes juris, puta consilia Doctorum, quæ etiam post conclusionem exhiberi possunt. *Gail. 1. O. 107 n. 13.* quippe cum legum & jurium allegatio nunquam prohibita sit. *id. ibid. ubi ita dicit in Camera usu venire.* adde quod plures hujus regulæ sunt exceptiones, quas Ummius ipse agnoscit *disp. 19. n. 13.* (*quo cum temperamento accipio R. A. D. part. 1. sect. 12. vers. vnd tein theil einize fernere Schrift / protestation vnd wie die Namen haben mag / einzuschreiben befugt.*) item quod allegationis juris nullam certam formam habere fatetur *idem disp. 18. num. 24.* denique quod offeruntur non in modum actorum in processu: sed dantur in manica judicis ad meram illius instructionem: *uti loquitur Maranta sub tit. d. edit. actor. n. 58. quo se hoc titulo remittit.* Videndus omninò est *hac de re Wes. ad Auth. jubemus. C. de judic. n. 20. & n. 16. facit, le stile & in struction des procedures de justice és bailliages de Lorraine, au titr. 6. l'art. 5.*

SECTIO IV.

De actibus tertiæ partis iudiciorum.

CAP. I.

De sententia.

Postremæ partis iudiciorum tria usitatè membra ponuntur, quorum primum est *sententia.* Etenim conclusione factâ iudex sibi acta præsentare facit, præsentata aut ipse legit, de illis deliberat, ac deinceps sententiam profert, (in Camera ad referendum porrigit:



uni ex assessoribus, aut si gravior sit, duobus, referenti & correferenti. O. C. p. 1. tit. 13. §. vñd damit sup. sect. 1. c. 2. §. 2. fin. Quod & in curiis aliis servatur. Harpr. ad pr. I. de off. jud. n. 27.) vel Jurisperitis decidenda ea transmittit.

§. 1.

Et invitus quidem non tenetur causam & acta ad aliquod collegium juridicum decidenda transmittere, vid. Schrad. de feud. part. 10. sect. 14. nu. 57. quin nec sententiam illam præcisè sequi cogitur. vide latè Pax Scal. tractat. de consilio sapientum lib. 1. cap. 20. quando verò vel ex more vel ex usu & multitudine negotiorum ea sapientibus decidenda vult transmittere, pro forma observabit, (1) ut litigantes ad inrotationem actorum citet, (2) eadem ad sapientes minimè suspectos, vel qui antea consilia sua alterutri parti suppeditaverunt, transmittat, (3) itidemque consiliò seu sententià impetratâ partes ad aperiendum, & resignandum citet. vid. Scal. d. tr. lib. 3. cap. 1. & 2. Quod si ipse sententiam dicturus est, minimè eam præcipitare debet, & non satis rectè consideratis probationibus ilicò cõdemnare, veluti iudex ille Poggianus de quo vid. facetè refer. Zas. ad §. curare. 1. de action. Ita vero rectè progredietur; si & statum controversiæ ritè investigaverit, & jus desuper congruens, solenniter pronunciârit. Modum inveniendi status & dijudicandarum probationum eleganter exposuit Nic. Vig. in libello ab initio laudato & alibi, atque ex eo nonnulla attingit Wehner. Obs. Pract. voce iustici wesen p. 221. Dan. Otto lib. 2. dial. p. 22. adde Amat. Rodrigez d. rr. de modo & forma videndi & examinandi processum in causis civilibus. Forma pronunciandi seu sententiæ ferendæ est vel intrinseca vel extrinseca. Ratione illius iudicis sententia vel condemnationem debet complecti vel absolutionem. l. 1. de re jud. (vel utrumque in diversis articulis vid. Wesparatib. n. 7. fin.) & eam quidem puram, non conditionalem. l. 1. §. 5. quando appellandum sit. certam (si non verbis saltem relatione ad aliud l. 1. §. 1. l. 59. §. 1. t. d.) deniq; sententia tota juri & libello exhibito congruere debet. l. 18. com. divid. Vmm. disp. 19. th. 10. Gail. 2. O. 61. n. 4. O. P. t. 34.

§. 2.

Atque ut in specie aliquid attingamus, sententia definire debet cum rem principalem, tum accessiones. Res Principalis est vel species aliqua, vel quantitas; species petita est vel actione tali, in quâ ante ipsam condemnationem mandatum iudicis de restituendo intervenit, (ut in actionibus arbitrariis & bonæ fidei) & tum si res restitui possit, iudex eam ipsam jubet restituere; detrectanti restitutionem, eam

eam rem vel manu militari auferre, vel actori permittere potest in
litem jurare, taxatâ quantitate, si ita videatur, (nec enim necesse ha-
bet iudex taxationem adiicere, sed potest & sine ea jusiurandum de-
ferre. *vid. Ampliſſ. Dom. D. Bitsch. diſput. de in lit. jur. th. 46.*) & quantum
juratum est, contumacem cõdemnabit. *l. 1. l. 8. l. 9. de in lit. jur. ubi Wes-
n. 4.* (Jure Sax. hac in re illud diſſimile est, quod actor sine iurei. æsti-
met & taxationem faciat: in quam reus etiam cõdemnatur, nisi
quatenus eam taxationem jure jur. suo minuat. *Wes. d. r. f.* quod quo-
modo obtineat, & quomodo juramentũ minorationis seu minutio-
nis à juramẽto in litem differat. *v. Berl. 1. decis. 28. & 89. Treutl. 1. d. 21. th.
12. lit. e.* si verò res in ea causa sit, ut restitui non possit, tũm vel id fa-
ctum est dolo rei (quem iudex eo casu cõdemnabit in id, quantum
actor sine ullâ taxatione juraverit: & hoc atque priori casu jusj. istud
ordinarium seu affectionis dicitur, *vid. d. diſp. th. 44. & seqq.*) vel sine
dolo, culpâ tantum rei; ubi iudex eum in litis æstimationem, à se ex
actoris probationibus factam, cõdemnabit. *l. 4. §. ult. l. 5. §. 3. d. in lit.
jur.* nisi de vero rei pretio, nec ex iis, nec aliunde constare possit. *vid.
Vmm. diſp. 20. th. 8. & n. 37.* tũm enim cõdemnatio faciẽda est juxta
juramentum veritatis (quâ æstimatur res, quanti revera est,) ab actore
præstandum. *v. Treutl. d. diſp. th. 11. lit. b. conf. Vmm. ib. th. 21.* quod si nul-
la rei culpa argui possit planè liberandus erit eius nomine, *C. A. de re
jud. th. 10. fin.* & hæc de primo genere actionum. Deinde si actio talis
sit, in qua statim quis ad rem ipsam præstandam cõdemnandus ve-
niat, (uti evenit in actionibus stricti juris) præcisè iudex in rem petitam,
non etiam in aliam aut eius æstimationem debet cõdemnare. *l. ult.
C. de fideicom. libert. C. A. d. loc. th. 11. ubi vid. exceptiones & Vmm. d. diſp. 20.
n. 20.* Si verò cõdemnatus iudicato non satisfaciãt, non quidem ma-
nu militari rem ei auferret, aut in litem Iurare coget; (in his enim ju-
diciis postquam semel sententiam iudex dixit, cessat ejus officium *l. 55. de re
jud.*) sed actor actione iudicati conveniet cõdemnatum coram ma-
gistratu eo, qui iudicem dedit, ut sententiam exequatur, *l. 15. pr. eod.*
qui quamprimũ cognoverit iudicatum esse, mittet possessorem in
possessionem bonorum debitoris iudicati servandi causa, vel bona
possideri & distrahi iubebit, nec aliud pro alio solvi invito patietur.
C. A. d. th. 11. fin. conf. id. C. A. de in lit. jur. th. 7. & paulò post cap. 3. in fin.

§. 3.

Quod si non species sed quantitas petita sit, ea vel certa est, &
in eam cõdemnatio fieri debet; vel incerta, ut cum in id quod inter-
est agitur, *vid. Bocer. Claſſ. 7. diſp. 29. th. 4.* interesse aut principaliter pe-
tatur aut accessoriè. *Vmm. diſp. 21. num. 70.* priori casu observanda est

regula. l. un. C. de sent. que pro eo quod interest, quod interesse vel est certum, veluti in emptione, venditione, locatione & ceteris contractibus: ubi id quod interest, peti & adjudicari potest, usque ad alterum tantum seu duplum ejus rei, quæ principaliter obligatione continetur postquam id probatum fuerit. vid. Gail. 2. O. 6. n. fin. non ultra. v. Boc. d. disp. th. 36. Vm. disp. 21. n. 63. 64. 67. 68. vel est incertum (ubi obligatio nec de quantitate, nec de certa specie seu corpore, nec de facto, certò pretiò estimatò, concepta est, Cuj. ad l. un. d. t. C. idque judex æstimabit (veluti in restitutione operis, quod vi aut clam factum sit. l. 15. §. hoc interdict. quod vi aut clam) & quidem ex rei veritate. l. 6. de aq. & aq. pluv. arcend. non attentis allegationibus & exaggerationibus litigantis. Boc. d. disp. th. 46. id v. ubi obscurum fuerit ad exiguam, quantum pote, summam condemnationem rediget, l. ult. de prat. stip. C. A. d. loc. de re jud. th. 22. nu. 4. quando verò interesse accessorie petitur, etiam illud judex æstimabit (ex sententia pragmaticorum) maximè si libellus clausulam contineat peto mihi jus & justitiam administrari. v. C. A. d. th. 26. n. 6.)

§. 4.

Accessionum numerò etiam veniunt usuræ quæ ex mora usque ad tempus sententiæ debentur: (interdum immediate & ipso jure, interdum mediante judicis officio, sententiâ de re principalilatâ easdem comprehendente. v. C. A. de usur. th. 11. & 12. Vm. disp. 21. th. 8.) fructus (qui ipse quoque interdum jure actionis veniunt, ut in hereditatis petitione; interdum officio tantum judicis. v. C. A. d. loc. th. 36. n. 1. Vm. d. disp. th. 2. 3. 4.) damna, (quæ ab expensis ut differant, v. Vm. disp. 22. n. 15. eaq; omnia contumax reus restituere jubendus est, quæ actor in suis rebus passus est, ex quo ille non paruit, l. 15. C. de jud. v. Afen. in prax. Flor. §. 32. c. 2. ampliatur. 62. n. 4. pag. 66.) & expensæ: quas victum victori præstare jubebit, l. 45. C. de fruct. Tr. 1. d. 12. th. 16. C. A. de re jud. th. 25. ubi vide ampliationes & limitationes. idque faciet etiam si non fuerint petita, l. 25. §. 8. de edil. edict. l. 31. de reb. cred. O. P. t. 36 §. so wollen wir. quod si expressè petita sint, judex ita tenetur eas attendere, ut si omiserit de suo refarcire teneatur. l. sancimus. l. properandum. §. si eam C. de jud. vid. Besold. thes. pr. in voce Gerichtsosten Non tamen in omnes expensas, quas actor designat & petit, judex victum condemnabit: sed prius moderare eas & taxare superque taxatis juramentum debet deferre. Nov. 82. c. 1. (aliud olim l. 15. C. de judic. v. Berl. 1. concl. 78. n. 68.) si vero victor iurisiur. necessitatem evitare velit, petere debet die angeachene expens obue End zu taxiren vnd zu moderiren: quod consuetudine servatur. Bocer. part. 1. clas. 2. disp. 30. th. 66. ut & jure Sax. v. t. d. 38. §. wann es dann. quid in Camera

mera porro attendatur. vid. O. C. part. 2. l. 57. Pro conclusione notandum iudicem necessarias expensas, non autem delicatas & voluntarias taxare debere, ne plus æquò partem victam gravet. Gail. 1. O. 151. n. 11. ubi definitiones utrarumque habentur, congruit O. P. t. 36. §. erstlichen & seqq. conf. Berl. 1. concl. 28. per tot. Vm. d. disp. 22.

§. 5.

Et hæc ferè ad intrinsecam sententiæ ferendæ formam pertinet: ad extrinsecam referri possunt circumstantiæ temporis, loci, & aliæ. Tèpus intelligo & quo ventilari debent causæ: & quo finiri absolvi que. Ad illud pertinet ordo causarum decidendarum, ut si plures in unum iudicium quæstiones incidant, prius criminales quàm Civiles. l. pen. & ult. C. de ordin. jud. possessionis, quàm proprietatis. l. 37. de jud. incidentes (de his enim æque cognoscere potest, v. Wesem. ad d. l. 3. C. de jud. n. 7.) quàm principales, decidantur. l. 3. C. de jud. ubi Wesem. in parat. n. 8. Et de incidentibus quidem nominatim pronuntiabit, si quidem non merita causæ, sed processus concernant, Tr. 1. d. 12. th. 13. C. Singulas autem causas civiles decidere debet, intra triennium à lite contestata, l. properandum. 13. C. de jud. quasdam breviorè. v. C. A. de jud. thes. 195. Nov. 1. c. 4. (quanquam hodiè in Camera ob multitudinem causarum, Gail. 1. O. 141. nu. 7. ob processum etiam fori longè magis quàm olim intricatum, hoc usque non observetur. Tr. d. disp. 12. th. 15. lit. a. nec in curiis Saxonis aut alibi. Wesem. ad d. l. 13. n. 33. unde Hering. 4. de fidei. c. 27. n. 59. eam legem inter abrogatas recenset.) Ita ut partibus citatis. l. 8. C. quom. & quan. jud. (in Camera sufficit prima ad totam causam facta citatio. Gail. 1. O. 109. num. 3. (extra quàm si citatio facta fuerit per edictum. v. Myns. 3. O. 71.) ad eundem modum in El. Sax. Appellationum & Curialibus iudiciis citationes non usurpantur, sed partes ab initio statim ad publicationem simul citantur, deinde verò dies aliquis per affixum programma, durch einen anschlag/ in audiètiis & Cancellariis, designatur. v. Volckm. p. 2. c. 48. n. 20. Tr. 2. d. 23. th. 3. fin. quanquam in inferioribus iudiciis aliud servetur, uti videre est ex form. 5. c. 31. ap. Volckm. quò referri potest terminus ille, de quo è Wesem. sup. de dilat.) ipse iudex l. 2. C. de sent. ex brev. (olim excepti erant Illustres: hodiè ferè omnes per actuarium iudicii id expediunt. v. Pac. in epit. jur. q. 11. disp. 28. quod quam rationem habeat, se non videre ait Vm. disp. 19. n. 40. potest tamen aliqua reddi cum Bachov. 2. d. 23. th. 2. C.) pro tribunali sedens, c. ult. de S. & R. I. fac. Nov. 82. 1. 3. die quâdam juridicâ, v. C. I. A. de re jud. th. 60. linguâ latinâ, (olim l. 48. d. r. aliud posterioribus temporibus placuit. l. 12. C. de sent. & interloc. C. I. A. ib. th. 55.) sententiam ex libello recitet. d. l. 2. & 3. C. de sent. ex brev. recit.

L

CAP.



CAPUT II.

*De Nullitatis querelâ, Appellatione, Supplicatione,
Revisione, Leuteratione &c.*

Netamen iniquô aliquô judiciô, per imperitiam aut etiam malitiam iudicis, jus suum cuiquam per injuriam invertatur, *Wesem. de re jud. circ. fin.* inventi sunt plures modi, quibus sententia potest impugnari. Idque vel ratione nullitatis vel iniquitatis. *D. Horst. lib. 4. Iurisp. Trib. t. 31. v. Gilman. lib. 2. rer. jud. decis. 29. n. 21.* Aliquando nullitas cum appellatione cumulatur. *v. P. Frid. 3. de process. extr. XI. n. 23.* quo casu quod iudicis officium sit. *v. ib. n. 32. conf. Gail. 1. O. 131.*

§. 1.

De nullitate sententiæ agitur (*plerumque postquam lapsu decendij sententia transit in rem iudicatam*) vel principaliter, ubi iudex superior adeundus est, *v. Gail. 1. O. 127.* vel incidenter, coram iudice priori. *l. 4. ubi Dd. C. quom. & quand. iudex.* quod si nullitas per modum exceptionis in iudicium fuerit deducta, & in continenti probata, executionem iudex debet suspendere, *cap. pastoral. 28. ubi Gloss. x. de offic. & potest. iudic. delegat. Gail. 1. O. 113. n. 1.* In Camera eæ duntaxat nullitates recipiuntur, quæ negotio principali damnum afferunt irreparabile: non quæ solennitatem iudiciorum tantum concernunt. *O. C. part. 3. t. 24. §. 1.* Jure Sax. sententiæ, quæ in rem iudicatam transit, per querelam nullitatis (*intra sex hebdom. proponendam*) executio non suspenditur; nisi evidens planè & notoria sit nullitas. *v. O. P. t. 38. vers. wann auch gleich solche nullitet.* Idque in Camera etiam pro regulâ custoditur. *Gail. 1. O. 144. n. 7.*

§. 2.

Ratione iniquitatis impugnatur sententia triplici viâ; supplicationis, restitutionis & appellationis. Appellationem iudex à quo non difficulter debet admittere, ne videatur cognitionem, & excusationem iudicii sui subterfugere velle, adeoque debitè petenti (*hoc est intra 30. dies à sententia latâ, v. Wes. de tempor. appellat. n. 4. vel etiam intra tempus à iudice petendis illis definitum, v. P. Frid. lib. 1. c. 7. n. 28. & seqq.*) apostolos impartiri debet, pro negotii qualitate vel dimissorios vel reverentiales vel refutatorios vel testimoniales. *vid. Wes. par. de libellis dimis. Volckm. p. 2. c. 64. Wehner. in voce Abschiedsbrieff. P. Frid. d. loc. nu. 32. & seqq. ubi quatenus apostoli etiam sine scriptura dari possint, tradit: & quod actorum editio vicem suppleat apostolorum, ib. n. ult.* (in Camera appellatio, etiam si apostoli non fuerint petiti, recipitur. *O. C. part. 2. t. 30. princ.*

princ. In Schlesien/Lausniz vnd anderen mehren orten stehets bey dem Appellanten / ob er aposteln bitten will oder nit / scribit Volckm. p. 2. c. 64. n. 5. sed quantum ad Lusatiam nostram, repugnat R. A. D. part. 1. sect. 10. ib. soll nachmals innerhalb 30. tagen vmb Apostolos im Ampt angehalten werden; die den Appellanten gebührlichen zuertheilen. Jure Sax. omnino etiam petendi sunt. v. Volckm. ib. n. 6.) Juxta cum Apostolis iudex à quo tempus statuere debet appellanti, intra quod appellationem introducat. cap. 4. §. 57. de appellat. (ut adeo vitiose apud Wes. d. loc. n. 5. legatur iudex ad quem, hoc tempus statuere & impedire apud I. Concenat. 1. q. 1. n. 22. ibi: Iudex à quo vel ad quem post interpositam appellationem, etiam nemine petente apostolos dare debet l. eos §. apostolis. C. de app. nisi forte aduersativa omittenda fuerit. conf. Ayrer. 2. proces. hist. 1. ubi Rex Salomontanquam iudex à quo, ad Belzaem appellantem inquit: dargegen so sollen pro (1) fatali sechs wochen in deren zeit du deine gravamina endlich einbringest hiemit benennet vnd angeferet sein. Volckm. d. c. 64. n. 22. requisit. 9. & c. seq. n. 9.) O. C. part. 2. t. 30. §. 1. vers. 5. ad introducendam appellationem conceduntur 6. menses. v. Gail. 1. O. 139. & seqq. jur. Sax. introducenda appellationis tempus definitum est unus mensis, à die, quò apostoli dati sunt, computandus. v. App. O. r. von appellationen wie die angenommen vnd justificirt werden. (Ita in d. R. A. D. Lus. porro habetur: der Appellant soll seine eingewente appellation, in deren ihme in den Apostolis präfigirten Säch. frist.) Et si ad supremum iudicium appellationum (quod Dresda singulis semestribus habetur) appellatio fiet, introducenda est in termino proximo sequenti: dummodo sex septimanae restent, ut citatio legitimo modo potuerit impetrari. vid. Ap. O. d. loc. §. wann nun also die Appellation an vnserm Hoffe. & §. darumb wann der Appellant: Id verò tempus præcisè observandum est, cum eò elapsò appellatio perinde efficiatur deserta, atque si intra decendum interposita non fuisset: adeoq; iudex parte etiam non opponente, sed ex officio talem desertionem ex actis apparentem attendere & super eà pronunciare debet. Gail. 1. O. 140. n. 1. v. eund. O. 142. quatenus pauperi fatalia currant. R. A. D. Lus. d. sect. 10. in fin. Nam etiam si partes in tali appellatione processerint & sententia in secunda instantia lata sit, non tamen valet. Clem. si appellat. de appellat. Berl. 1. concl. 50. n. 107. Receptà appellatione à superiore iudice, inferior nihil debet innovare, sed omnia relinquere in eo statu, quò erant tempore appellationis, tantisper dùm de appellatione sit pronunciatum. l. un. nihil novari appellatione interposita. ubi Wesem. ne attentata rescissione opus habeant: maximè post inhibitionē per superiorem factam. cap. Romano 3. §. si verò cum seq. de appellat. in 6. vid.

L 1

Gail.

Gail. 1. O. 146. quæ tamen inhibitiō à iudice ad quem non debet fieri ante cognitionem causæ, an recipienda sit appellatio nec ne. *Felinus in d. cap. Calum. 9. ubi fallent. Gail. 1. O. 144.* (nec contra possessorem de dilapidatione haut suspectum, quò minus commodo possessionis suæ interim fruatur. *id. O. 145. n. 4. conf. rationem. O. 147. n. 1.*) ad compulforiales etiam superioris literas acta prioris instantiæ sub sigillo iudiciali vnter dem Gerichts Insiigel appellanti edet. *l. 2. ubi Dd. C. de eden. O. C. part. 2. tit. 31. §. es soll ferner App. O. Elect. Sax. d. r. §. nach dem sich aber p. 19. 41. ubi vid.* quod si appellatio frivole vel tanquam deserta ad ipsum remittatur, sententiam priorem exequi non differet, *vid. Gail. 1. O. 141. Myns. 1. O. 8. Berl. 1. concl. 50. n. 201. vid. inf. c. ult. pr.*

§. 3.

Sed quia à multis iudicibus appellare non licet. *vid. t. t. à quib. appell. nō licet & Wesem. ac C. A. ibi.* ideo remedio supplicationis deinceps provisum est partibus gravatis. *l. un. C. de sent. pref. prat.* quæ si intra decendum post latam sententiam interponatur, iudex executionem differre tenetur (nisi pars victrix parata sit, in eventum si sententia foret retractanda, idoneâ fideiussione cavere de re cum fructibus restituenda) si post decendum (intra duos tamen annos) tunc sententia suspendenda non est. *Nov. 119. c. 5. sed & hæc res in variis locis diversimodò variat. conf. Gail. 1. O. 127.* A Camera nec appellatio nec supplicatio admittitur: sed revisio tantum actorum. *v. O. P. part. 3. t. 51. & syndicus, de quo supra v. d. part. 3. t. 53. §. ob sich aber.* In foro Sax. nec supplicationis nec revisionis remedium locum habet. Adeoque nec processus super his decernendi sunt. *O. P. t. 37. Berl. 1. concl. 60.* sed declarationis seu leutationis sententiarū, quæ cū appellatione symbolizat. *part. 1. constit. 19. post. pr. O. P. t. 35.* Ideoque intra decendum interponenda, & intra sex septimanas & triduum ad eius prosecutionem citatio impetranda est. *d. r. 25. §. nach dem auch:* Iudex verò intra tres à petita citatione menses terminum prosecutioni leutationis (à definitiva tribus, ab interlocutoria duabus alternis positionibus peragenda) præfigere, acta causæ ad decidendum in aliquâ facultatem vel scabinatum transmittere & deinde sententiã deceter publicare tenetur: *dd. locis ubi in §. diemeil aber disponitur, quod si presumptio sit quod quis leutationem frivole & litis differenda causâ interponat, juramentum malitiæ illi possit imponi.* In aula Electoris & Ducū Sax. locum etiam habet superior leuteratio die Oberleuterung (sed tantū in iis causis, quæ in prima instantia ibi receptæ, non etiam quæ per viã appellationis eò devolutæ sunt, *O. P. d. loc. pr. vers. so lassen wir es auch*)
cuius

cuius eadem penè est ratio, v. *Berl. 1. concl. 49. convenit ferè R. A. D. Luf. part. 1. sect. 10. nisi quod Oberleuteratio planè sit abrogata d. loc. §. vñnd da mit assen.* Denique si appellans vel leuterans nullam declaratoriam obtineat, sed temerè leuterasse deprehendatur; iudex eum ex officio in expensas retardati processus condemnare potest. *O. P. d. loc. §. die weil aber R. A. D. Luf. d. loc. p. 11. §. vñnd de es nun.* ad quod quidem nō tenetur, præcisè nisi id ab eo fuerit petatum: potest tamen id etiam facere, si velit, ut maximè non petatur. v. *D. Moller. ad part. 1. constit. 19. n. 14. & 15.* quod non puto procedere eo casu, ubi leuterans iuramentum malitiæ præstitit (*quod velle videtur Berl. 1. concl. 49. nu. 57.*) cum per hoc vitium temeritatis appareat esse purgatum.

CAP. III.

De Executione.

Denique postquam sententia vel in prima vel secunda instantia in rem iudicatum transiit, rectè ad executionem proceditur. *l. 2. C. de execut. R. Iud. c. 6. de sent. & R. 1.* Non enim benè & rectè officio suo magistratus præest, si in exequendis iis, quæ cum pondere decrevit, vel quæ aliàs liquida, certa & definita sunt, negligens sit. *Frid. 2. de process. c. 58. n. 2. Tametsi verò officium iudicis exspirare post latam sententiam dicatur, nisi evidens equitas subsit. p. Bart. in l. 1. §. f. num. 3. de prator. stipul. hoc tamen de mercenario non de nobili officio intelligitur, v. Br. ib. & sup. sect. 1. c. 1. pr.*

Et absolutoria quidem sententia non habet opus executorialibus. v. *Gail. 1. O. 113. f. ubi hoc iudicibus observandum esse ait: Condemnatoria verò aut in prima instantia res iudicata facta fuit, aut in secunda. Si in prima, eius etiam instantiæ iudex, sententiam exequitur: si in secunda, appellationis iudex id faciet. Vm. disp. 23. n. 4. idque iure communi, siue priorem sententiam infirmet, v. Coler. 2. de process. c. 1. n. 110. juxta regulam, quæ sententiam is jubetur exequi, qui eam tulit. Myns. 3. O. 68. pr. vid. sup. c. 1. §. 2. siue expressè confirmet. Auth. si quis litigantium. C. de episc. audient. v. Myns. 4. O. 44. Dis. Gothofr. ad d. Auth. cum nonnullis aliis.* ita ut executoriales literas contra victum decernat, *Gail. 1. O. 113. n. 13.* si vero tacitè sententiam priorem confirmet, nimirum si pronunciet, appellationem vel privilegii cuiusdam vigore non devolutam, vel desertam esse; tunc quia ex prima sententia agitur, prior iudex requiritur. *Myns. 5. O. 94.* qui si legitimè interpellatus differat aut deneget executionem, superior aditus mandatum executoriale victori



concedit, quò sub pœna pecuniaria iudici à quo iniungitur ut sententiam suam exequatur. *Gail. ib. n. 15. ubi hanc differentiam inter literas & mandatum executoriale dicit esse notandam. n. 13.* Atq; hæc ita in Camera servatur. E diverso iure Sax. *juxta c. 61. in f. ext. de appellat.* Iudex appellationis si reformet & infirmet priorem sententiam, ipsam etiã exsequitur: si vero confirmet, iudici priori exsequendam remittit. *v. Berl. 1. concl. 79. n. 11. quam rationem probat Cujac. 20. O. 36.*

§. 2.

Utrobique victus vel subiectus est Jurisdictioni iudicis, vel non; si subiectus sit iurisdictioni iudicis immediatè, is ipse sententiam exsequitur vel ad simplicem partis petitionẽ. *v. P. Fr. lib. 2. c. 65. n. 5.* dando victori mandatum executoriale, quò victo iniungitur ut iudicata faciat, domum, agros, aut hæreditatem victori restituat, *Frid. ib. nu. 4.* si verò mediatè subiectus fuerit, victori literas tribuit executoriales ad eum iudicem, sub quo victus bona possidet vel domicilium habet. *Gail. d. O. n. 1. O. P. d. tit. post pr. exque literæ primò decernuntur simpliciter: si paritum non sit decernuntur executoriales arctiores sub pœna: & si ne his quidem obtemperet, wird die Straff den executorialen einverleibt / fãllig erkandt / & executio per mandatum executoriale mandatur den Beampteten des ortz / ubi condemnatus habet domicilium. Treutl. in not. ad Wes. parat. de re jud. Quod si victus nec mediatè nec immediatè iudici subiectus sit; tunc ad requisitionem victoris literas requisitoriales seu subsidiales aut mutui compassus ad illum magistratum, sub quo victus degit pro executione facienda decernit. *fac. l. 15. §. 1. de re jud. Afm. pr. Fl. §. 21. c. 9. O. C. p. 3. tit. 49. Gail. d. loc. n. 16. O. P. d. pr. vers. da aber etwas nach gelegenheit.**

§. 3.

Facienda verò est executio in iudicio reali, si res statim restitui possit, ex continenti, *§. 1. I. de off. jud. (iure Saxonum intra 14. dies intra quos nisi res restituitur, per executores ad victum transfertur. O. P. tit. 39. §. nemblich. conf sup. §. 2. c. 1.)* In personalibus post quadrimestrem à die condemnationis elapsam *l. 2. l. ult. C. de us. rei jud. quod tempus tamen ex causa & coarctari & prorogari potest, l. 2. ubi Dd. de re jud. (J. Camerali post triduum & sex septimanas. vid. Gail. d. n. 1. vers. idque sit. ut & Jur Sax d. t. §. wann aber. Et quidem in terris Saxonis distinctis terminis executio perficitur. Berl. 1. concl. 87. num. 2. v. omnino Volckm. p. 2. c. 71. ubi singulos executionis actus, der hülffe (in specie dictæ,) immisionis, subhastationis, additionis & c. distinctè enarrat. In secundo termino, si actor in actione reali rem non restituerit, iudex vel*

vel ipse vadit vel mittit officiales pro faciendâ executione in rem pe-
titam, ut rem auferant possessori quasi manu militari, O. P. d. tit. §. 1.
vers. vnd wann es binnen der zeit. In personalibus fit actualis execu-
tio eô ipso termino, quem iudex in præcepto executivo eventualiter
præfixit, ita ut res debitoris pignori capiantur. vid. Vmm. disp. 23. nu. 17.
captum pignus vel victori tradendum, vel ab officio asservandum,
vel, quod est usitatus, apud sequestrum deponendum. l. 2. C. qui pot.
in pign. captis pignoribus hac sequitur in executione, ut concedatur
alia duorum mensium dilatio, intra quam nisi debitor solvat, pigno-
ra deinceps distrahantur, factâque executione dissolutionis, quod
reliquum fortè est, victo restituitur. l. 31. in f. de re jud. P. Frid. 2. de pro-
cess. execut. 75. n. 16. ubi dicit J. Sax. etiam hanc secundam dilationem
esse trium quaterdenarum. v. Berl. 1. concl. 81. n. 146. conf. omninò Coler. 3.
de process. execut. c. 9. n. 42.

§. 4.

Et si quidem in sententiâ certa res est expressa, in quam reus con-
demnatus est, executio in illam ipsam fit. Afn. de execut. §. 2. c. 1. nu. 1.
vers. fin. O. P. d. t. §. 3. si verò non: juxta ordinem l. 15. §. 2. de re jud. insti-
tuitur venditio, ita ut primò res mobiles (eæ, quarum distractio mi-
nùs damnosa victo, victori verò ad solutionem possit sufficere. v. O.
P. §. anfanglichen. & si pecunia præstò fuerit, ad debitam quantitatè
fit solutio: reliqua mobilia juxta stylum cujusque fori, vel simplici-
ter taxantur, vel etiam subhastantur. v. Berl. 1. concl. 81. n. 87. & seqq.) de-
inde immobiles atque aliæ, quæ immobilibus connumerantur. | vid.
Gail. 2. O. 10. n. 1. etiam feuda (sub hac distinctione, ut si debita cum con-
sensu domini sint contracta, tunc æquè à iudice loci ordinario, quàm à domi-
no feudi executio in ipsam feudi substantiam fieri possit. v. Rosenth. de feud.
concl. ult. c. ult. Si verò consensus non doceatur, tunc à loci ordinario tantum
in fructus feudi; à domino feudi, si us de causa judicet, itidem in substantiam
quoque ejusdem fieri possit executio vid. Hartm. Pistor. 1. q. 15. n. 84. Gail. 1. O.
117. junct. O. P. tit. 40. per tot.) subhastentur (primò quidem absque ul-
la taxatione antecedancâ: nonnulli tamen æstimationem quandam vo-
lunt, præcedere debere C. A. de re jud. th. 97. n. 3. nullo emtore invento, de-
inde creditor ipse licitetur & post ejus licitationem res iterùm publi-
cè venum exponatur: denique si creditor ipse licitare nolit, iudex res
pignori captas taxet atque æstimet, & cum significatione pretii taxa-
tas proclamari faciat. O. P. §. so soll nun. d. l. 15. §. si pignus. d. R. judic.
Berl. 1. concl. 81. n. 225. & tùm si alius emptor non inveniatur, credito-
ri res addicantur. d. l. 15. §. 3. d. t. ubi v. C. A. th. 98. eleg. R. A. D. Lus. p. 2.
sect.

sect. 4. quas tamen intra anni spacium victus reluere potest à victore, jure Sax. O. P. d. loc. §. damit aber. quod sequitur R. A. D. Lus. part. 2. fin. 32. vers. in allweac. Nisi quod facultas reluēdi jure Sax. uno tantum casu competit, quando sc. post executionem factam & bona subhastata, creditor, nullo alio autore existente, quasi coactus iterum licitatur. Berl. 1. concl. 81. nu. 198. dicta verò R. A. D. Constitutum, das in allwege/ nach erfolgter adjudication, s habe gleich der creditor selbst/ oder ein anderer licitiret, vñnd dadurch die adjudication. erlangt/ dem debitori vñnd seinen mitbelehnten Jahr vñnd Tag zur ablösung reservirt vñnd frey gelassen sein sollen. Contra quam I Cires sub hasta distracta perpetuo firmiter manet emptoris. l. 16. C. de resc. ven. l. ult. C. si propter publ. pensit. Coler. p. 3. c. 9. n. 105.) denique in jura, nomina & actiones fiat executio. d. l. 15. §. 2. & 8. O. P. d. loc. §. endlichen. (ita ut si adsint obligationum instrumenta, ea imprimis capiantur; si non adsint, denunciatur debitoribus, ne alii quam huic victori solvant. v. C. A. d. loc. th. 96. n. 1. Berl. ibid. n. 242.) Et si nec ista sufficiant, ad capturam & carcerationem personæ fiat progressus: de qua vide iterum. C. A. th. 101. O. P. tit. ult. Ac cum ad carceres quoque nostros tandem, festinato cursu ceu duplomite usi, l. 137. §. 2. de V. O. paucarum hebdomadum intervallò pervenerimus, in alium iam catadromum lætilubentesque cum bono Deo digredimur: iam dudum scil. veriti ne quis nobis insurret, quod Apelles olim Protogeni, Manum de tabula.

Errata, quæ compluscula præsertim in allegationibus per festinationem operarum, irreperunt B. L. sine fastidio ipse emendabit.

F I N I S.

X 2615926

VD.17





Σ Μ Α Τ Α
F I C I O
C I S,
 NONICO, CAME-
 atque ita informata, ut
 ciis progrediendi
 xhibeant,
te Magnificá, Nobilissimi
rdinis in Academia
nsi,
 S I D I O
 imique Viri,
O T T O N I S
I N I L U S A T I,
 h. D.
 tationis
 AMO à NOSTIZ
 at.
ns. Mal.
 O R A T I,
 P P I, Anno 1632.

~~#i~~
 ll.
 M
1632,5
 20
 (11)

